Grammaticæ Latinæ
INSTITUTIONES

Carminibus concinnatæ

QUIBUS

Subjiciuntur *Commentarioli.*

ET

Per totam Syntaxin Regulatim, ipſa

LILIANA CONSTRUCTIO.

ACCESSERUNT

FIGVRAE *quæ ſæpiùs occurrunt* Grammaticales.

ISAGOGE *Poetica de Carminum ratione.*

TROPI *& Schemata Rhetorices uſitatiora.*

Opera et Studio J. S.

LONDINI,

Excudebat *F. L.* ſumptibus *R. L.* & apud eum proſtant, ſub ſigno Albi Leonis in Cœmiterio S. Pauli, 1654.

Grammaticæ Latinæ

INSTITUTIONES

Cæsari in Lexicon

QUIBUS

Subjiciuntur Commentarioli,

ET

[illegible] Regulatim, ipsa

LATINA CONSTRUCTIO.

ACCESSERUNT

Prov[illegible] Grammaticales,

Isaac[illegible]

Thom[illegible]

Operum Sanctis J. S.

ADVENTUS,

Excudebat P. L. [illegible] R. L. Si [illegible]

cum prostant, [illegible] Abi [illegible]

[illegible] Cœmiterio S. Pauli, 1654.

18 May 48 Benger

HONORATISSIMO

Edoardo Aureolo Equiti;

Omni virtutum genere insigni

NECNON

INGENUARUM ARTIUM

Mœcenati dignissimo.

HAS

Quales, quales sint INSTITUTIONES;

Heu Minimum gratitudinis

Pignus,

D. D.

JACOBUS SHIRLEIUS.

Grammatica eſt ars emendatè loquendi.

Partes
ETYMOLOGIA,
&
SYNTAXIS.

Etymologia eſt pars Grammaticæ, quæ ſpectat voces ſigillatim, docetque earum Diſcrimina, et proprietates.

DE vocibus multa dicta ſunt in *Rudimentis*, in veſtibulo pueris inculcanda, quæ, cum tener eorum captus & ingenia prælibârunt, ſupererunt quædam de *Generibus Nominum*, *Heteroclytis Præteritis* & *ſupinis verborum*, provectioribus imbibenda, quorum freti cognitione, feliciùs multò ad *Syntaxin* ſive orationem progrediantur.

De Generibus Nominum.

Regulæ Generaliſſimæ, quæ omnium Declinationum voces complectuntur.

OMne genus ſexum, quem dat natura ſequetur.

Vir viri.	*Mulier, ĕris.*	*Carolus, i.*
Maria, æ.	*Uxor, ōris.*	*Frater, tris.*
Equus, i.	*Equa, æ.*	*Priamides, æ.*

Genus Sequitur ſexum, id eſt omne nomen ſignificans *marem*, eſt maſculini generis; & quod *fœminam* in aliqua ſpecie denotet, fœmineo generi tribuitur.

Obſervandum eſt, quod *Epicœna* nomina, videlicet *Ferarum, Reptilium, Avium, Piſcium*, quorum ſexus non facile diſtinguitur, ſub uno genere declinantur. Ut *Paſſer* eſt maſculini generis, tam *mas* quam *Fœmina* (quibus vocibus utimur ad diſtinctionem ſexus) Horum tamen genera certiſſimè petenda ſunt ex regulis declinationum, & terminationibus.

Propria Maſculina.

SVnt Montes, Fluvii, Menſes, & Maſcula venti.

Atlas, antis.	*Thameſis, is.*	*Januarius, ii.*
Auſter, tri.	*Adria, æ.*	

Propria Fœminina.

Fœminei generis sunt Vrbs, Regio, Insula, & (Arbor.

Pergamus, i. *Anglia, æ.* *Mona, æ*
Cupressus, i.

Quædam Propria *Montium, Fluviorum, & urbium,* sumunt genus ex declinatione & terminatione, secundum regulas Appellativorum. Ut *Rhodope, Oeta, Ætna,* montes, &c. *Allia, Garumna, Styx, Lethe, &c.* Flumina, quæ sunt feminini generis. *Sulmo, Narbo, Acragas,* &c. Urbes, masculini generis. *Prænestę, Zeugma,* &c. neutrius. Atque si quando hæc ipsa a suo genere deflectant, id fit per *Synthesin,* dum *urbs, Aqua,* vel *Flumen* subaudiatur. Hoc cernere est aliis nominibus, quorum Communia in hoc disticho recensentur.

Urbs, aqua, flumen, avis, mons navis fabula gemma
Intellecta, suum genus impertire videntur.

Thessalus *Ossa* i. e. [mons] *Prænestę* sub ipsâ, subauditur [Urbe] *sola Bubo* subintelligitur [avis] *Centuro* in *Magna* i. e. [Nave] *Eunuchus Terentiana* scilicet [Comœdia.]

Robur Acer neutris, maribus numerabis in *aster*,

Robur & *Acer* arborum nomina sunt neutrius generis; sed quæ in *aster* desinunt, masculini, ut *Oleaster, Pinaster.*

UM neutro flectes, sic invariabile fixum.

Londinum, i. Speculum, Genu.
Nihil.

Omnes dictiones quæ terminantur in *um* sunt neutrius generis, præter *Virorum propria*, ut *Pegnium, Dynacium*, &c. & Fœminarum, ut *Glycerium, Eustochium*, &c. Fixum, *i. e.* substantivum, invariablie est quod eandem servat terminationem in omnibus casibus; ut *genu, nihil, fas*, &c. neutrius sunt tantum generis.

Invariabilia sunt non solum nomina, sed quæcunq; in oratione supplent locum nominis, utpote *litera, syllaba*, vel aliæ quæpiam sigillatim, vel conjunctim orationis partes.

Monosyllaba.

NOmina fœmineo gaudent monosyllaba cœtu.

Cos, otis. Laus, laudis. Vis, vis.

Monosyllaba, scilicet unius syllabæ nomina, sunt fœminini generis omnia, præter hæc quæ sequuntur.

Mascula Excepta.

MAscula *Præs, sal, sol, ren, splen, lar, vas, vadis, as, mas, Mos, flos, ros, grex, mons, mus, gryps, pes, fons, ita glis, pons, Stirps* truncum, signans, *& calx* pedis adjicientur.

Neutra

Neutra Excepta.

NEutrum *rus, æs, crus, vas vasis, os ossis & oris, Mel, fel, far, lac, cor, ver, thus, jus,* postulat & *pus.*

Communia.

PRo sexu genus admittit Commune duorum.

Infans atq; *parens, canis, anguis, martyr & ales,*
Verna, gygas, vates, princeps, affinis & hæres,
Bos, judex, fur, sus, anas, author, talpa palumbes,
Dama, cliens, testis, conjux, interpres, & hospes,
Civis, eques, conviva, senex, homo, nemo, sacerdos.

Omnia nomina, quæ *Marem* & *Fœminam* voce complectuntur, utroque genere inflecti possunt, atq; alterum genus, prout sexus significabitur, assumunt. ut *Conjux* pro *Marito*, est Masculinum, pro *Uxore* Fœmininum.

Dubia.

SExus abest dubiis, generisq; incerta vagantur.

Torquis, obex, atomus, sic *cortex* atq, *phaselus*
Adde *silex, species,* atq; *dies,* ita *barbitos, imbrex,*

Dubia non numerantur in sexum habentibus, sed ita vocantur, quod apud Authores satis probatos, nunc masculino, nunc fœminino genere reperiuntur in eadem

dem ſignificatione; quorum authoritate freti nos de eadem re ſermonem facientes, pro arbitratu noſtro in alterutro genere uſurpamus.

Regulæ Declinationum

Nomina Primæ Declinationis.

FOemineum ſortita genus ſunt nomina primæ.

Culpa, æ. *Gemma, æ.* *Simia, æ,*
Garumna, æ.

Nomina Latinæ Primæ Declinationis ſunt Fœminini generis: Græca quædam Græcorum ſequntur genus. Ut *Planeta*, vel *Planetes*, *cometa*, vel *cometes*, &c. Maſculina.

Nomina ſecundæ Declinationis.

MAſcula flexuræ ſunt Nomina cuncta ſecundæ.

Annus, i. *Liber, bri.*

Exceptio.

FOemineũ colus eſt, domus, alvus, vannus humuſq;
Virus erit Neutrum, Muliebria cætera Græca.

Nomina Latinæ ſecundæ declinationis ſunt maſculini generis, præter hæc quinque fœminina, *colus*, *domus*, *alvus*, *vannus*, *humus*; & *virus* Neutrum. Quæ-

Quædam Græca in *us*, quæ ab *os* fiunt, retinent fœmineum genus, ut *Papyrus*, *carbasus*, *methodus*, *cristallus*, *perindus*, *diphthongus*, *arctus*, *synodus*, *hyssopus*, *nardus*, &c. sed *pelagus* neutrum.

Nomina Tertiæ Declinationis cognoscuntur ex tribus Regulis specialibus infrà.

Nomina Quartæ Declinationis.

MAscula sunt quartæ, sex si muliebria demas,
Porticus, atq; tribus, manus, idus, ficus, acusq;

Gradus, ûs. *Fructus, ûs.*

Nomina quartæ declinationis in *us* masculinum genus vendicant, præter sex fœminina, *Porticus*, *tribus*, *manus*, *idus*, *ficus*, & *acus*, quæ in *u* sunt neutra invariabilia, ut suprà.

Nomina Quintæ Declinationis.

FOemineo generi tribuuntur nomina quintæ.

Res, rei. *Fides, ei.* *Facies, iei.*

Omnia quintæ sunt fœminini generis, præter *Meridies* masculinum, & *Dies* dubium.

Tres

Tres Regulæ ſpeciales, Ad quas Nomina Tertiæ Declinationis referuntur.

Prima Regula.

NOn creſcens genito nomen, genus eſt muliebre.

Nubes, is. Caro, carnis. Vulpes, is.

Nomina tertia declinationis, quæ habent *pares* numero ſyllabas in Nominativo & Genitivo, ſunt fœminini generis.

Exceptio prima Maſculinorum.

HÆc ſunt excipienda canalis, aqualis, ab aſſe, Nata, *ut centuſſis, vepres, & mugilis orbis, Callis, caulis, follis, collis, menſis, & enſis, Fuſtis, funis, panis penis, crinis, & ignis, Caſſis, faſcis, torris, ſentis, piſcis, & unguis, Amnis, vectis, vermis, poſtis, finis, & axis.*

Exceptio ſecunda Maſculinorum.

ESt nomen maribus, quod in er *finale, relatum.*

Imber, bris. uter, tris.

No-

Nomina non crescentia, quæ terminantur in *er*, in masculinis numerantur.

Exceptio Neutrorum.

NOmina in e, quæcunq; cadunt, neutralia dicas.

Mare, ris. Rete, tis, Præneste, tis.

Nomina finita in *e*, tertiæ declinationis, non nisi neutro genere inflectuntur.

Secunda Regula specialis.

CRescens fœmineum monstrat penultima longè.

Incus, ûdis. Pietas, tatis. Fornax, âcis,
Vibex, icis. Ratio, ônis. Lodix, îcis.

Nomina tertiæ, quæ incrementum longum habent, sivè quorum penultima acutè sonat in genitivo, sunt fœminini generis.

Exceptio Masculinorum.

MAscula hydrops, thorax, torrens, prienſq; bidenſq; Phœnix, & Bombyx, quadrans cũ partibus assis.

Bidens pro instrumento, nam pro *ove*, cui dentes duo enimuli, sunt fœminini generis. Partes assis, non compósita, ut *triens*, *septunx*, *dodrans*, *decunx*, &c. sunt masculini generis.

Nomen

NOmen in o, dederis si non verbale virili,
Et quod in er, es, n, or, & as, si crescit in antis.

Ligo, onis.	*Curculio.*	*Unio,*
Sermo.	*Pugio.*	*Scipio.*
Pulmo.	*Carbo.*	*Sulmo,* &c.
Crater, eris,	*Magnes.*	*Pæan.*
Honor vel honos.	*Acragas.*	

Nomina in o, si non à verbis proveniant, sunt generis masculini. Quædam verbalium similima, sunt fœminini generis, ut *concio, unio,* pro concordiâ.

Nomina finita in *er, es, n, or,* & *as,* cujus Genitivus crescit in *antis,* sunt masculini generis.

Exceptio Neutrorum.

OMnia sunt & in al, vel in ar, finalia neutra.

Vectigal, ālis. *Calcar, cāris.*

Nomina quæ exeunt in *al,* vel in *ar,* neutro genere inflectuntur.

Tertia Regula specialis.

QVæ crescunt breviter genitivo, mascula sunto.

Pecten, ĭnis.	*Furfur, ŭris.*	*Fornix, ĭcis.*
Passer, ĕris.	*Coturnix, ĭcis.*	

Nomina tertiæ, quæ incrementum breve habent in genitivo, sunt Masculini generis.

Ex-

Exceptio prima fœmininorum.

FOemineis da grando, teges, ſeges, arbor, aedon,
Caſſis, hyems, ſyndon, coxendix, bacchar, & icon,
Carex, & cuſpis, forceps, pecus, atq; ſappellex.
Halcyon, & forfex, appendix, adde filixque,
Hæc pecus eſt pecudis, pecus eſt, pecoris tibi neutrũ.

Exceptio ſecunda fœmininorum.

EXcipe fœmineum quod do, vel terminat in go,
As, is, Græcorum retinet muliebria proles.

Dulcedo, dĭnis.	*Compago, agĭnis.*
Lampas, ădis.	*Chlamys, ĭdis*

Nomina in *do* & *go Hyperdiſſillaba* ſunt fœminini generis, & quæ a græcis deducuntur in *is* & *as* ut *Lampas*, &c.

Exceptio Neutrorum prima.

OMne tenet neutrum, quod vitæ dicitur expers,
Nomen in a, vel in ar, vel in ur, vel in us, vel in
(en, ut

Stemma, ătis.	*Jubar, ăris.*	*Jecur, ŏris.*
Tibur, ŭris.	*Pondus, ĕris.*	*Omen, ĭnis.*
Caput, ĭtis.		

No-

Nomina in *a*, *ar*, *ur*, *us*, *en*, *ut*, crescentia breviter, si res inanimatas significent, sunt neutrius generis. *Jecur* interdum facit *Jecinoris*, ab antiquo *Jecner*.

Exceptio secunda.

NEutra cadaver, iter, suber, spinter, sicer, uber,
Zingiber, & laser, tuber, piper, adde papaver,
Et siser, atq; siler, Neutra equor, marmor, ador q;

Quædam Nomina in *er* sunt neutra, ut *Cadaver*, &c. *Iter*, *Itineris* in Genitivo, ab antiquo *itiner*. *Tuber* pro *Arbore* est fœminini generis, pro *Fructu* masculini, pro *Fungo* et *Tumore* neutrius, huc referuntur *Verberis* & *Jugeris* ab antiquis nominativis *Verber* & *Juger*.

HETEROCLYTA,

SIVE

NOMINA ANOMALA.

MVtant, deficiunt, superant, Heteroclyta flexu.

Heteroclyta appellantur, quæ à communi declinandi ratione deflectunt. Quædam variant, alia defectum, alia Redundantiam patiuntur.

Variantia

Variantia.

PErgama *ſunt numero, ſic* carbaſa, *neutra ſecundo.*

Pergamus & *Carbaſus* in ſingulari ſunt fœminini generis, in plurali neutrius. Huc referri poſſunt *ſupellex*, (ſi fas ſit pluralem agnoſcere) Pl. *Supellectilia*; & *animans*, Pl. *animantia.*

NVndinæ, erunt epulæ, muliebria, deliciæq;
Balneæ, et exuviæ, quæ ſervant neutra priori.

Nundinum, *Epulum*, *Delicium*, pluraliter ſunt fœminini generis, ſed *balneum* aliquando habeat *balnea* in plurali.

PLurales *maribus* cœli *flectuntur* & Argi.

Cœlum & *Argos* neutra ſingulariter, in plurali verò maſculina.

NEutra *in plurali flectes* Pangæus, Avernus, *&c.*

Quædam in ſingulari numero ſunt maſculina, in plurali neutra, *Pangæus*, *Avernus*, *Taygetus*, *Dyndimus*, *Iſmarus*, *Gargarus*, *Maſſicus*, *Mænalus*, *Tartarus*, *&c.*

PLurali eſto dies *mas*, *flexus* vaſa *ſecundi.*

Dies in ſingulari numero eſt dubii generis, in plurali tantùm maſculini; *Vas vaſis* tertiæ declinationis ſingulariter,

lariter, in plurali ſecundam vendicat, *vaſa vaſorum.*

Defectiva.

Quæ caſum nullum variant, Aptota *vocantur.*

	Adjectiva.		Subſtantiva.
Aptota *Adjectiva* ſunt omnium generum.	*quatuor, quinq, &c.*	Subſtantiva ſunt neutrius tantum generis.	*genu, cornu, fas, nefas, (tas opus pro neceſſi. Tempe, Cete, &c Gummi, &c. Alpha, beta, &c. pondo, nihil, velle, mille.*
	centum,		
	quot, tot,		
	mille,		
	frugi,		
	nequam,		
	opus pro neceſſarius		

Omnes numeri à *quatuor* ad [*ducenti,*] ſunt invariabilia: *Mille* ſubſtantivum in plurali habet *millia, millium, millibus,* &c. *Tempe, Cete, mele,* &c. carent ſingulari. *Pondo* in utroque numero legitur.

Esto Monoptoton caſu quod flectitur uno.

Abl. *Noctu, Natu, Permiſſu, Promptu. Juſſu, Injuſſu, Ambage, Ingratiis.*
Ac. pl. *Inficias.*

Monoptoton eſt cui deſunt quinque caſus.

Caſibus

Casibus et tantum variant Diptota duobus.

G. *Verberis*,	Abl. *Verbere*,	*Spontis, sponte.*
G. *Jugeris*,	Abl. *Jugere*,	*Tabi, tabo.*
G. *Repetundarum, repetundis.*		N. *Suppetiæ*, Acc. *as.*

Diptota sunt variabilia tantum duobus casibus.

Flectie tribus primo, quædam & Triptota secundo.

Triptota singularia.

G.	*Vicis*,	Ac.	*Vicem*,	Abl.	*Vice*,
	Opis,		*Opem*,		*Ope*,
	Precis,		*Precem*,		*Prece*,
	Dapis,		*Dapem*,		*Dape*,
	Sordis,		*Sordem*,		*Sorde.*

Hæc quinque flectuntur integre in plurali numero.

Triptota pluralia, in Nom. Acc. & Vocativo.

	Mella,	*Vina*,	*Hordea*,	*Farra*,
	Rara,	*Thura*,	*Mulsa*,	*Maria.*
	Soboles,	*Labes*,	*Spes*,	
N. Acc.	*Plus*,	G. *Pluris.*		

Triptota sunt quæ tres tantùm casus habeant. Hujus generis sunt nomina quintæ declinationis pluralia, carent enim Genitivo, Dativo, & Ablativo: Excipiuntur *res*, *spes*, *facies*, *acies*, & *dies*.

TEtraptoton erit, casus cui quatuor adsunt

	Jovis,	*Jovi,*	*Jovem,*	*Jove.*
	Ditionis,	*Ditioni,*	*Ditionem,*	*Ditione.*
G.	*Frugis,*	D. *Frugi,*	Ac. *Frugem,*	Ab. *Fruge.*
	Proceris,	*Proceri,*	*Procerem,*	*Procere.*
N.	*Nemo,*	*Nemini,*	*Neminem,*	*Nemine.*

Tetraptota sunt, quæ non nisi quatuor casibus variantur. *Jupiter* usurpatur pro Nominativo & Vocativo N. *Jupiter*, G. *Jovis*.

PEntaptota quibus tibi casus quinq; superstant.

Ego, qui, omnis, vis.

Pentaptota sunt que unico tantum casu destituuntur. *Vis* deficit dativo singulari, Omnia Pronomina carent vocativo præter *tu, meus, noster, nostras*. Huc referuntur negativa, ut *nullus, nemo*, & interrogativa, ut *uter*, &c.

PLuralem fugiunt, quibus est natura coercens.

Carolus,	*Prudentia,*	*Apium,*
Triticum,	*Aurum,*	*Pituita,*
Ignavia,	*Juventus,*	*Piper,*
Linum,	*Vinum.*	

Propria

PRopria virtutes, herbæ, frumenta, metalla,
Humores, vitia, Ætates, Aromata, penſa,
Vda, queant numerum vix declinare ſecundum.

Nomina quæ ſolitariam habent in ſe naturam, non pluralem admittunt numerum; *Propria* tamen nomina, cum plures ejuſdem nominis ſignificant, vel ſumuntur *appellativè*, legi poſſunt pluralia, ut *Scipiones* pro familia, *Demeæ* id eſt agreſtes, *Gnathones* id eſt Paraſiti.

Huc referuntur

Maſculina,	Fœminina,	Neutra.
Veſper, ĕris.	*pubes, ĕris.*	*ver, veris.*
fimus, i.	*ſalus, ūtis.*	*lac, lactis.*
limus, i.	*pix, picis.*	*nectar, ăris.*
Æther, ĕris.	*humus, i.*	*gluten, inis.*
meridies, ēi.	*lues, luis.*	*cænum, i.*
Aer, ĕris.	*mors, mortis.*	*ebur, ŏris.*
viſcus,	*ſitis, tis.*	*ſolum, li.*
ſanguis, ĭnis.	*fames, is.*	*virus, i.*
Nemo,	*tellus ūris.*	*Ævum i.*
Heſperus, &c	*pax, pacis, &c.*	*ſebum, i, &c.*

DVm quædam flecti tantum pluraliter optant.

Maſculina,	Fœminina,	Neutra.
Manes, ĭum.	*Grates, ium.*	*Mœnia, ium.*
Cancelli, ōrum	*Quiſquiliæ, ārum.*	*Luſtra, ōrum.*
Liberi, ōrum.	*Feriæ, ārum.*	*Arma, ōrum.*
Lemures, um.	*Manubiæ, ārum.*	*Præcordia, orum.*

Penates, ium.	*Excubiæ.*	*Crepundia, orum.*
Superi, ōrum.	*Primitiæ.*	*Exta, ōrum.*
Inferi, ōrum.	*Divitiæ:*	*Compita, ōrum*
Posteri, ōrum.	*Compedes, dum.*	*Mapalia, orum.*
Fori, &c.	*Exequiæ, &c.*	*Bellaria, &c.*

QVæ signant unum, sunt & pluralia flexu.

Masculina,	Fœminina,	Neutra.
Ludi.	*Induciæ.*	*Rostra.*
Pugillares, ium.	*Cunæ.*	*Cunabula.*
Parisii, orum.	*Calendæ.*	*Natalitia.*
Natales, ium.	*Nuptiæ.*	*Comitia.*
Fasti.	*Literæ.*	*Physica*
Codicilli.	*Tenebræ.*	*Hicrosolyma.*
Fasces, ium.	*Ædes.*	*Adversaria.*

Quædam nomina carent singulari numero, cum etiam rem singularem significant, ut *Ludi* a play or playes

ADjectiva carent neutris communia flexu.

Pauper.	*Degener.*	*Uber.*
Dives.	*Locuples.*	*Inops.*
Sospes,	*Comes.*	*Memor.*
Superstes.	*Compos.*	*Impos.*
Cicur.	*Hebes.*	*Bipes.*

Quædam Adjectiva carent neutro genere in *Nominativo*, *Accusativo*, & *Vocativo*, præsertim pluralibus, atque inflectuntur more communium, *victrix*, & *ultrix* nunquam leguntur masculina, sed fœminini tantum, & neutrius.

Redu

Redundantia.

FLectuntur maribus, ſimul ac pluralia neutris.

Sibilus,	*Jocus,*	*Locus,*
Frænum,	*Raſtrum,*	*Capiſtrum,*
Filum. pl. i & a.		

Quædam in plurali numero ſunt maſculini, & neutrius generis, pluraliter *Sibili* & *ſibila*, *Raſtri* & *raſtra*.

HÆ quartum flexum voces, capiuntq; ſecundũ.

Laurus,	*Ficus,*	*Quercus,*
Colus,	*Pinus,*	*Specus,*
Domus,	*Penus,*	*Cornus.*

Quædam nomina in quibuſdam caſibus, ſecundam & quartam declinationem ſequuntur.

Genitivo *lauri* vel *laurus*, Ab. *lauro* vel *lauru*, Pl. Ac. *lauros* vel *laurus*, cæteri caſus ſunt ſecundæ.

Genitivo *querci* vel *quercus*, Pl. *quercorum* vel *quercuum*, cæteri ſunt quartæ.

Genit. *coli* vel *colus*, Abl. *colo* vel *colu*, cæteri ſecundæ.

Genit. *Domi* [at home] *domûs* [of the houſe] Dativo *domui*, Voc. *domus*, Abl. *domo*, Pl. Nom. *domus*, Genit. *domorum*, & *domuum*, Dativo *domibus*, Acc. *domos*, *domus*, Voc. *domus*, Abl. *domibus*.

Cornus quartam magis quam ſecundam ſequitur, ſic *Pinus*, *penus*, & *ſpecus*, Abl. *penu*, *ſpecu*, quæ ſunt etiam neutrius generis, Genit. *penoris*, *ſpecoris*.

Ficus pro fructu & arbore, eſt quartæ, pro morbo ſecundæ.

Vulgus hic atq; hoc eſt, neutrũ halec *et muliebre.*

Vulgus eſt maſculini & neutrius, *Halec* neutrum & fœmineum eſt.

Voces quædam ſcitu non indignæ, quæ ſub eadem terminatione, vel leviter diſſimili, varios habent flexus, genera, *&* ſignificationes.

Acus, ûs, *a needle.*	f	Acus, i, *a fiſh.*	m
Acer, eris, *a maple.*	n	Acer, *ſharp.* adj.	m
Acanthus, i, *a herb.*	m	Acanthis, idis, *a bird.*	f
Aſilus, i, *a horſe-fly.*	m	Aſylum, i, *a ſanctuary.*	n
Ara, æ, *an altar.*	f	Hara, æ, *a hog-ſty.*	f
Alea, æ, *a dice.*	f	Alia, adj. *another.*	f
Alba, æ, *a city.*	f	Alba, adj. *white.*	f
Alũnus, i, *one that is bred.*	m	Alũnus, *one that breedeth.*	m
Aquila, æ, *an Eagle.*	f	Aquilo, onis, *the North.*	m
Anſa, æ, *an occaſion.*	f	Anſa, æ, *a handle.*	f
Alvus, i, *a panch.*	f	Alveus, i, *a chanel.*	m
Altum, i, *the Sea.*	n	Altum, adj. *deep or high.*	n
Ædes, is, *a temple.*	f	Ædes, ium, pl. *a houſe.*	f
Æſtas, atis, *the Summer.*	f	Æſtus, ûs, *heat.*	m
Anus, ûs, *an old woman*	f	Anus, i, *the fundament.*	m
Acies, ei, *the point, or ſharpneſſe.*	f	Acies, *an Army.*	f

Bellum

Bellum, i, *war.*	n	Bellum, adj. *fair.*	n
Bŏbyx, ĭcis, *a silkworm.*	m	Bombyx, ĭcis, *silk.*	f
Bulla, æ, *a bubble.*	f	Bulla, æ, *a bosse of gold.*	f
Bidens, entis, *a fork.*	m	Bidens, *a sheep 2 yeers old.*	f
Cœtus, ûs, *a company.*	m	Cetus, i, *a whale.*	m
Collum, i, *a neck,*	n	Colum, *a streyner.*	n
Colus, i. *a torment.*	m	Colus, i, & us, *a distaff.*	f
Cœna, æ, *a Supper.*	f	Scæna, æ, *a scene.*	f
Comes, itis, *a companion.*	m	Comes, is, adj. *meek.*	m
Corus, *the northwest wind.*	m	Chorus, i, *a quire.*	m
Clavus, i, *a nail.*	m	Clavus, i, *a stern.*	m
Clavis, is, *a key.*	f	Clava, æ, *a Club.*	f
Capo, onis, *a capon.*	m	Caupo, *a victualer.*	m
Conjux, ugis, *a husband.*	m	Conjux, *a wife.*	f
Carus, adj. *dear.*	m	Charus, *deer,* adj.	m
Canis, *dog or bitch.*	c	Canus, *white.* adj.	m
Calx, cis, *lime.*	f	Calx, *a heel.*	m
Cassis, dis, *a helmet.*	f	Cassis, sis, *a net.*	m
Caulis, *a stalk.*	m	Caula, æ, *a hog-sty.*	f
Cuculus, *a Cuckow,*	m	Cucullus, i, *a hood.*	m
Cuniculus, *a Cony.*	m	Cuniculus, i, *a mine.*	m
Condĭtus, adj. *framed.*	m	Condītus, *seasoned.* adj.	m
Cautes, is, *a rock.*	f	Cautus, adj. *wary.*	m
Callus, i, *hard flesh.*	m	Callis, is, *a path.*	m
Callidus, *crafty.* adj.	m	Calidus, adj. *warm.*	m
Copia, *plenty.*	f	Copiæ, *armies.*	f
Centum, *an hundred.* adj		Cento, onis, *a patch.*	f
Dĭvus, *a Saint.*	m	Dives, adj. *rich.*	c
Decus, ŏris, *honor.*	n	Decor, ōris, *beauty.*	m
Equus, i, *a horse:*	m	Æquus, ad. *just.*	m

Ficus, cus, *a fig.*	f	Ficus, ci, a diſeaſe,	m
Fides, ei, *faith.*	f	Fides, dis, *a fiddle.*	f
Fornax, ācis, *a fornace.*	f	Fornix, ĭcis, *an arche.*	m
Faſcis, *a bundle.*	m	Faſces, pl. *authority.*	m
Fiſtula, *a pipe.*	f	Fiſtula, *a diſeaſe.*	f
Fœdus, ĕris, *a covenant.*	n	Fœdus, adj. *filthy.*	m
Frons, tis, *a forehead.*	f	Frons, dis, a bough.	f
Fax, acis, *a torch.*	f	Fæc, æcis, *dregs.*	f
Falx, alcis, *a ſithe.*	f	Faux, cis, *a jaw.*	f
Flamen, inis, *breath.*	n.	Flamen, *a Prieſt.*	m
Fama, *Fame.*	f	Fames, is, *famine.*	f
Forceps, ipis, *a pair of ſheers.*	f	Forfex, *Sciſſers.*	f
Fucus, i, *paint.*	m	Fucus, i, *a drone.*	m
Fundus, i, *ground,*	m	Funda, æ, *a ſling.*	f
Funus, eris, *a funeral.*	n	Funis, is, *a halter.*	m

Glis, iris, *a dormouſe*	m	Glis, liſſis, *poters clay.*	f
Glis, itis, *clammy earth.*	f	Glis, idis, *mold in bread.*	f
Gallus, i, *a cock*	m	Gallus, adj. *french.*	m
Glans, andis, *maſt or acorn.*	f	Glans, *a kernel, or bullet.*	f

Hoſpes, itis, *an Hoſt.*	c	Hoſpes, *a gueſt.*	c
Hirundo, *a ſwallow.*	f	Hirudo, *a horſeleech.*	f

Jus, juris, *right, or law.*	n	Jus, *pottage.*	n
Infectus, adj. *infected.*	m	Infectus adj. *undone.*	m

Lupus, i, *a wolf.*	m	Lupus, *hops.*	m
Lyra, *a harp.*	f	Lira, *a ridge.*	f
Lævus, adj. *unlucky.*	m	Levis, adj. *light.*	c
Lar, *a houſe God.*	m	Lar, *a houſe.*	m
Lens, dis, *a nit.*	f	Lens, tis, *pulſe.*	f
Liber, bri, *a book.*	m	Liber, adj. *free.*	m
Liber, *Bacchus.*	m	Liberi, pl. *Children.*	m
Livor, ōris, *envy.*	m	Livor, *a blew mark.*	m
Luſtrum, i, *a den.*	n	Luſtrum, *five years age.*	n

Luſus,

Ludus, i, *a School.*	m	Luſus, ûs, *a play.*	m
Lepus, ŏris, *a hare.*	m	Lepos, ōris, *elegance*	m
Malus, i, *an Apple tree.*	f	Malus adj. *evil,*	m
Malum, i, *an Apple.*	n	Malum, i, *miſchief.*	n
Mala, æ, *a cheeck.*	f	Malus, i, *a Maſt.*	m
Mola, æ, *a Mill.*	f	Moles, is, *a work, or heap.*	f
Modus, i, *a mean.*	m	Modius, ii, *a buſhel.*	m
Manica, æ, *a ſleeve.*	f	Manca, adj. *lame.*	f
Nothus, i, *a Baſtard.*	m	Notus, adj. *known.*	m
Noxa, *an offence.*	f	Noxia, *harm.*	f
Nepotes *Nephews.*	m	Nepotes, pl. *riotous men.*	m
Opus, untis, *a City.*	f	Opus, ĕris, *a work.*	n
Opus, ſub. *need.*	n	Opus, adj. *needful.*	
Oblitus, part. *forgetful.*	m	Oblĭtus, part. *blotted.*	m
Os, oris, *a mouth.*	n	Os, ossis, *a bone.*	n
Ora, æ, *a Coaſt.*	f	Hora, *an hour.*	f
Opis, g. *help.*	f	Opes, pl. *wealth.*	f
Plaga, æ, *a ſtripe.*	f	Plaga, *a coaſt.*	f
Populus, i, *people.*	m	Populus, i, *a Poplar*	f
Propago *a Vine ſlip.*	f	Propago, ginis, *a ſtock.*	f
Palma, æ, *a Palm.*	f	Palma, *victory.*	f
Palmus, i, *a hands bredth*	m	Palmes, itis, *a branch.*	m
Procerus, adj. *tall.*	m	Proceres, *noblemen.*	m
Præda, *a prey.*	f	Prædo, onis, *a thief.*	m
Pannus, *cloath.*	m	Panis, *bread.*	m
Pugnus, *a fiſt.*	m	Pugna, *fight.*	f
Regulus, i, *a petty King.*	m	Regulus, *a Serpent.*	m
Regia, *a Kings Court.*	f	Regio *a kingdom.*	f
Robur, oris, *an Oak.*	n	Robur, *ſtrength.*	n
Sinus ûs, *a boſom.*	m	Sinum *a bowl.*	m
Solum, *ground.*	n	Solum, adj. *alone,*	n
Solium *a Throne.*	n	Solùm, *only*	

Sequ-

Securis, *an hatchet.*	f	Securus, *ſecure*, adj.	m
Sera, adj. *late.*	f	Cera, *wax.*	f
Sera, æ, *a lock.*	f	Serra, *a ſaw.*	f
Secundus, adj. *ſecond.*	m	Secundus, adj. *proſperous.*	m
Scrupulus, *a ſcruple.*	m	Scrupulus, *a ſtone.*	m
Speculum, *a looking-glaſs.*	n	Specula, *a watch-tower.*	f
Stirps, pis, *a ſtock.*	f	Stirps, *a ſtump.*	m

TEmpeſtas, atis, *a ſtorm.*	f.	Tempeſtas, *a ſeaſon.*	f
Tela, æ, *a web.*	f.	Tela, pl. *darts.*	n
Teſtudo, *a tortoiſe.*	f.	Teſtudo, dinis, *a lute.*	f
Teſtis, *a witneſſe.*	c	Teſta, *a tile.*	f
Tempora, pl. *times.*	n	Tempora, *the temples of the head.*	n
Tuber, ĕris, *a cork.*	n	Tuber, *a Toad-ſtool.*	n
Tribulis, *of the ſame tribe.*	m	Tribulus, *a bramble.*	m

VAs, adis, *a ſurety.*	m	Vas, ſis, *a veſſel.*	n
Vir, iri, *a man.*	m	Ver, eris, *the Spring.*	n
Unio, onis, *concord.*	f	Unio, *a jewel,*	m
Uter, tris, *a bottle.*	m	Uter, adj. *whether.*	m
Vitta, *a filet.*	f	Vita, *a life.*	f
Varus, adj. *crooked.*	m	Varius, adj. *divers.*	m

DE VERBIS.

Verba reſpectu *generis* ſunt,

Perſonalia, ut *Lego*.
Impersonalia, ut *Tædet*.

Reſpectu *ſignificationis*,

Activa, ut *Lego*.
Paſſiva, ut *Legor*.
Neutra, ut *Curro*.
Deponentia, ut *Loquor*.

Reſpectu *formæ*,

Simplicia, ut *Lego*.
Compoſita, ut *Perlego*.

Reſpectu *ſpeciei*,

Primitiva, ut *Lego*.

vel Derivativa.

- Meditativa ſive Deſiderativa, ut *lecturio*, *ſcripturio*, quæ ſunt omnia Conjugationis —— } Quartæ.
- Frequentativa, ut *lectito*, *ſcriptito*, quæ ſunt Conjugationis ——
- Diminutiva, ut *Sorbillo*, *Pitiſſo*, quæ ſunt Conjugationis —— } Primæ.
- Imitativa, ut *Patriſſo*, *vulpinor*, quæ ſunt Conjugationis ——
- Inceptiva, ut *Ferveſco*, &c. quæ omnia mutuantur præterita à primitivis, & ſunt Conjugationis — Tertiæ.

Con-

Conjugationis primæ Verba.

AS, avi formant perfecto, atumq; supino.

Amo, amavi, amatum. *Plico, plicavi, plicatum.*
Neco, necavi, necatum.

Verba primæ Conjugationis, habent *as*, in secunda persona præsentis Indicativi, *avi* in præterito, et *atum* in supino. Composita à *Plico*, formant *plicavi* & *plicui*, *plicatum* & *plicitum*. Præter *multiplico*, & *supplico*, avi, atum. *Cœno*, *juro*, *poto*, habent *avi*, & *atus*, in præterito, & *atum* in supino, à *poto* fit etiam *potum*.

Conjugationis secundæ Verba.

ES formabit ui, sed itum breve redde supinis.

Moneo, monui, monitum. *Oleo, olui, olitum.*
Exerceo, exercui, exercitum.

Verba secundæ Conjugationis, habent *eo*, & *es*, in prima & secunda persona præsentis Indicativi, *ui* in præterito, & *itum* breve in supino. Composita ab *oleo* quæ discedunt à significatione simplicis, formant *evi*, *etum*, præter *aboleo*, *abolui*, & *abolevi*, *abolitum*, & *adoleo*, *adolevi*, *adultum*.

Verba

Verba tertiæ Conjugationis.

Finibus ex variis flexum tibi tertia monſtrat.

Præterita verborum tertiæ conjugationis dignoſcuntur ex terminatione Primæ perſonæ præſentis.

BO, bi, dat itum, ut *Bibo, bibi, bibitum.*

CO, ci, ctum format. ut *Vinco, vici, victũ.*

DO, di, ſum format. ut *Edo, edi, eſũ, & eſtũ*

Obſervanda ſunt.

Tendo, tetendi, tenſum.	*Scindo, ſcidi, ſciſſum.*
Fundo, fudi, fuſum.	*Findo, fidi, fiſſum.*
Cado, cecidi, caſum.	*Cædo, cecidi, cæſum.*
Tundo, tutudi, tuſum.	*Pando, pandi, paſſum.*
~~*Pedo, pepedi, peditum.*~~	

Compoſita à *cado* carent ſupinis, præter *occĭdo, occaſum*, & *recido, recaſum.*

GO, & guo, xi, ctum format. *Jungo, junxi, junctum.*

Obſerv.

Fingo, finxi, fictum. *Surgo, ſurrexi, ſurrectum.*
Pergo, perrexi, perrectũ. *Ringo, rinxi, rictum.*
Mingo, minxi, mictũ. *Pingo, pinxi, pictum.* (ctum.
Stringo, ſtrinxi, ſtrictũ. *Pungo, punxi, & pupugi, pun-*
Extinguo, extinxi, extinctum.

Ho

H O, xi, ctum, formar. ut *Traho, traxi tractum.*

L O, uï, itum. ut *Molo, molui, molitum.*

M O, uï, itum. ut *Gemo, gemui, gemitum.*

N O, vi, tum formar. ut *Sino, sivi, situm.*
Sperno, sprevi, spretum. *Cerno, crevi cretum.*
Sterno, stravi, stratum. *Lino, livi, litum*

P O, psi, tum formar. ut *Carpo, carpsi, carptum.*

Q Uo, qui, tum formar. ut *Linquo, liqui, lictum.*

R O, vi, tum formar. ut *Sero, sevi, satum.*
Quæro, quæsivi, quæsitum. *Tero, trivi, tritum.*

S O, dat sivi, situm. ut *Lacesso, lacessivi, lacessitum.*

S Co, vi, tum formar. ut *Nosco, novi, notum,*
Cognosco, cognovi, cognitum. *Agnosco, agnovi agnitum.*

Cætera, composita, dant *notum.* Verba *Neutra*, & *derivativa*, sive *inceptiva*, in *sco*, carent supinis.

T O, ti, tum, formar. ut *Sisto, stiti, statum.*

E Cto, exi, exum formar. ut *Flecto, flexi, flexum.*

V O, vi, tum formar. ut *Volvo, volvi, volutum.*

E Xo, exui, exum formar. ut *Nexo, nexui, nexum.*

C Io, ci, ctum formar. ut *Facio, feci, factum.*
Jacio, jeci, jactum.

Dio

DIo, di, ſum format, ut *fodio, fodi, foſſum.*

GIo, gi, tum format. ut *Fugio, fugi, fugitum.*

PIo, pi, tum format. ut *Capio, cepi, captum.*

RIO, ri, tum format. ut *Pario, peperi, partum.*

TIo, ſſi, ſſum format. ut *Quatio, quaſſi, quaſſũ.*

UO, uï, tum format. ut *Arguo, argui, argutum, ſarguïturus.*

Verba quartæ Conjugationis.

FOrmat io, quartis ivi, deſcendit in itum,

Audio, audivi, auditum. Cio, civi, citum.

Verba quartæ conjugationis, habent *ïo, is*, in prima, & ſecunda perſona Indicativi præſentis; *ivi* in præterito, & *ítum*, penultimâ productâ in ſupino. Quædam tamen in *eo* deſinunt, ut *eo, queo*, cum compoſitis eorum, & *væneo.*

De Verbis Compoſitis, quæ mutant primam vocalem præſentis.

HÆc in e, dant primam, ſi componantur ubiq;

Damno, lacto, ſacro, fallo, arceo, tracto, fatiſcor,
Partio, paſco, patro, ſcando, ſpargo, parioq́,

farcio, *fic gradior*, *carpo*. ut
condemno, *condemnavi*, *condemnatum*.

Verba quæ recitantur, in compoſitione mutant vocalem primam in *e* in omnibus temporibus. à *paſco*, præter *compeſco*, & *diſpeſco peſcui*, omnia ſervant vocalem, ut *epaſco*.

Istis Compoſitis ſit in i mutatio primæ.

Tango, *habeo*, *lateo*, *ſalio*, *ſtatuo*, *cado*, *lædo*.
Sic *placeo*, *maneo*, *rapio*, *ſapio*, *cano*, *cædo*, *quæro*, *egeo*, *teneo*, *taceo*. ut
à *ſtatuo*, *conſtituo*, *conſtitui*, *conſtitutum*.

Nonnulla verba mutant primam vocalem in i ubique ; ſi componantur. *Habeo*, *placeo*, *maneo*, in quibuſdam compoſitionibus ſervant vocalem. ut *poſthabeo*, *perplaceo*, *remaneo*, &c.

Hæc primas tantum præſentis in i ſibi mutant

Ut *facio*, *jacio*, *lacio*, *ſedeo*, *rego*, *frango*.
Sic *Emo*, *ago*, *ſpecio*, *capio*, *fateor*, *lego*, *pango*, & *premo*. ut
à *facio*, *inficio*, *infeci*, *infectum*.

Iſta verba compoſita, mutant primam vocalem in i in præſentibus tantum cum prole. Sed *facio*, *ago*, *lego*, *pango*, in compoſitis quibuſdam vocalem ſuam retinent.

Hæc, claudo, cauſo, quatio, lavo, rejiciunt a. Quam calco, ſalto, ſi componantur in u dant.

concludo, *accuſo*, *percutio*, *diluo*,
Inculco, *reſulto*.

De

De Præteritis & Supinis Compoſitorum.

FOrmabunt eadem Simplex, & Compoſitivum.

voco, vocavi, vocatum. provoco provocavi provocatum.

Verba compoſita habent eadem præterita, & ſupina, cum ſimplicibus.

Exceptiones.

PRæteriti verbis rarò eſt geminatio natis.

ſpondeo, ſpoſpondi, ſponſum. reſpondeo, reſpondi, reſponſum.

Verbum compoſitum non tenetur geminare primam Syllabam in præterito. Quæ tamen componuntur, à *diſco*, & *poſco*, ſequuntur ſimplicia. *perdiſco, perdidici.*

APario, perui, pertum, dant omni quartæ.
A Cano quæ veniunt cinui, centumq; requi-
[runt]
Aperio, aperui, apertum. Concino, concinui, concentum.

Omnia compoſita à *pario* ſunt quartæ conjugationis, & formant *perui* in perfecto, & *pertum*, in ſupino, præter *comperio*, & *reperio*, quæ flectuntur per *comperi, compertum*, & *reperi repertum.*

A Do nata, didi, ditum, habent si tertia flectat,
A Sto nata, stiti, stitum, habent statumq; supinis.

Reddo, reddidi, redditum. *Præsto, præstiti, præstitum, (et præstatum.*

Omnia composita à *do* (præter *venundo*, *pessundo*, *satisdo*, *circundo*, quæ sequuntur simplex) sunt tertiæ conjugationis, & formant *didi*, & *ditum*. Composita à *sto*, habent *stiti*, *stitum*, & *statum*, præter *circumsto*, quod more simplicis inflectitur.

A Maneo, minui formabunt Compositiva.

Emineo, Eminui ———

Remaneo, & *Permaneo*, sequuntur formam simplicis.

A Sevi dant orta situm, a salio tibi sultum,
A Ruo, nata rutum, necui dant à neco nectum.

Insero, insevi, insitum. *Insilio, insilii, insultum.*
Diruo, diruï, diruitum. *Eneco, enecui, enectum.*

Composita à *sero*, *sevi*, dant *situm* in supinis; à *salio* formant *sultum*; à *rui*, *rutum*; à *neco*, *necui*, *nectum*, sed interdum *necavi*, *necatum*.

Composita a facio, capio, jacio, rapioq;
Dant fectum, ceptum, jectum, reptumq; supinis.

Perficio, perfeci, perfectum.

Ist a

Ista verba composita, *Facio*, &c. in compositione mutant *a* per *e*, in supinis.

Quædam aliunde trahunt sunt, quæ perfecta recusant.

Fero, tuli, ab antiquo *tulo*. *Vergo*.

Quædam Verba mutuantur præterita ab aliis, præcipuè Derivativa in *sco*, quæ supinis omnino destituuntur, ut *ferveſco, fervi*, vel *ferbui* à *ferveo*. Plurima carent præteritis & supinis, ut *Vergo* — *Sido* — *gliſco* —

Multa negant, præsertim in ui, sibi neutra supinum.

Lambo, lambi — *Mico, micui*.

Multa Verba salvo præterito non habent supina, maximè neutra quæ formant præteritum per *ui*, ut
Sileo, silui ———

Verba in or activis capiunt perfecta supinis.

Legor, lectus, à *lectum*.

Passiva ab Activo supino præteritum sumunt, sed in Deponentibus fingendum est Activum regulare, ut ab *Horto, hortas*, &c. *hortatum* fit *hortatus*. Quæ præterita irregulariter formant, notantur in sequenti Verborum Indice Alphabetico.

Verba quædam pueris ediſcenda, quæ non formant præterita & ſupina ſecundum Regulas generales.

	Conjug.
Atrollo. —— ——	*a.* 3
Ambigo. —— ——	*n.* 3
Aveo. —— ——	*n.* 2
Arceo, arcui. ——	*a.* 2
Ango, anxi. ——	*a.* 3
Algeo, alſi. ——	*n.* 2
Audeo, auſus. ——	*n.* 2
Aboleo, abolevi, etum.	*a.* 2
Adoleo, evi, ultum.	*n.* 2
Ardeo, arſi, arſum.	*n.* 2
Augeo, auxi, auctum.	*a.* 2
Ago, egi, actum.	*a.* 3
Alo, ui, tum, & litum.	*a.* 3
Amicio, amicui, ctum.	*a.* 4
Adipiſcor, adeptus.	*d.* 3
Amplector, amplexus.	*d.* 3
Clueo. —— ——	*n.* 2
Clango, Clanxi. ——	*n.* 3
Cubo, cubui, cubitum.	*n.* 1
Crepo, crepui, crepitum, & crepatum.	*n.* 1
Cenſeo, cenſui, cenſum.	*n.* 2
Cieo, civi, citum.	*a.* 2
Caveo, cavi, cautum.	*n.* 2
Cumbo, cubui, cubitum.	*n.* 3
Cedo, ceſſi, ceſſum.	*n.* 3
Claudo, clauſi, clauſum.	*a.* 3
Colo, colui, cultum.	*a.* 3
Conſulo, ului, ultum.	*a.* 3
Como, compſi, ptum.	*a.* 3
Cano, cecini, cantum.	*a.* 3
Coquo, coxi, coctum.	*a.* 3
Curro, cucurri, curſum.	*n.* 3
Cupio, cupivi, itum.	*a.* 3
Cambio, campſi, pſum.	*a.* 4
Cello, ceculi, culſum.	*a.* 3
Comminiſcor, mentus.	*d.* 3
Diſto. —— ——	*n.* 1
Diſco, didici. ——	*a.* 3
Dego, degi. ——	*n.* 3
Do, dedi, datum.	*a.* 1
Domo, domui, domitum.	*a.* 1
Doceo, docui, doctum.	*a.* 2
Deleo, delevi, deletum.	*a.* 2
Dico, dixi, dictum.	*a.* 3
Duco, duxi, ductum.	*a.* 3
Divido, diviſi, diviſum.	*a.* 3
Demo, dempſi, ptum.	*a.* 3
Depſo, depſui, depſitum.	*a.* 3

	Conj.
EGeo, egui.	n. 2
Emico, ui, atum.	n. 1
Exoleo, exolevi, etum.	n. 2
Excello, excellui, ſum.	a. 3
Extollo, extuli, elatum.	a. 3
Elicio, elicui, elicitum.	a. 3
Experior, expertus.	d. 4
FLaveo.	n. 2
Furo.	n. 3
Fatiſco.	n. 3
Ferio.	a. 4
Fulgeo, fulſi.	n. 2
Frigeo, frigui.	n. 2
Faceſſo, faceſſi.	n. 3
Frico, ui, ctum, & atum.	a. 1
Frendeo, frendi, freſſum.	n. 2
Fleo, flevi, fletum.	n. 2
Ferveo, fervi, & bui.	n. 2
Frango, fregi, fractum.	a. 3
Figo, fixi, fixum.	a. 3
Fallo, fefelli, falſum.	a. 3
Fero, tuli, latum.	a. 0
Fluo, fluxi, fluxum.	n. 3
Frigo, frixi, frixum.	a. 3
Fulcio, fulci, fultum.	a. 4
Farcio, farſi, fartum.	a 4
Fateor, faſſus.	d. 2
Fido, fiſus.	n. 3
Fungor, functus.	d. 3
Fatiſcor, feſſus.	d. 3
Fruor, fruitus.	d. 3
GLiſco.	n. 3
Geſtio, geſtivi.	n. 4
Gaudeo, gaviſus.	n. 2
Gradior, greſſus.	d. 3
Gero, geſſi, geſtum.	a. 3
Gigno, genui, genitum.	a. 3
HÆreo, hæſi, hæſum.	n. 2
Haurio, hauſi, ſtum.	a. 4
IUvo, juvi.	a. 1
Adjuvo, adjuvi, utum.	a. 1
Inceſſo, inceſſi.	n. 3
Iraſcor, iratus	d. 3
Inoleo, inolevi, etum.	n. 2
Jubeo, juſſi, juſſum.	a. 2
Indulgeo, ulſi, ultum.	n. 2
LIquor.	d. 3
Labo.	n. 1
Liveo.	n. 2
Liquet.	n. 2
Langueo, langui.	n. 2
Luceo, luxi.	a. 2
Lambo, lambi.	a. 3
Lugeo, luxi, luctum.	n. 2
Lego, legi, lectum.	a. 3
Lacio, lexi, lectum.	a. 3
Lædo, læſi, læſum.	a. 3
Ludo, luſi, luſum.	a. 3
Luo, lui, luitum.	a. 3
Labor, lapſus.	d. 3
Loquor, locutus.	d. 3
Libet, libuit, & libitum	n. 2
Licet, licuit, & licitum.	n. 2
Lavo, lavi, lavatum, & lotum.	a. 1

	Con.
MEdeor ——	d. 2
Mico, micui —	n. 1
Metuo, metui ——	a. 3
Miſceo, miſcui, miſtū.	a. 2
Mulceo, mulſi, mulſū.	a. 2
Mordeo, momordi, ſum.	a. 2
Mulgeo, mulxi, mulctū.	a. 2
Maneo, manſi, manſum.	a. 2
Mergo, merſi, merſum.	a. 3
Mitto, miſi, miſſum.	a. 3
Meto, meſſui, meſſum.	a. 3
Miſereor, miſertus ——	d. 2
Mereor, meritus, & merui.	d. 2
Morior, mortuus, moriturus.	d. 3
Metior, menſus.	d. 4.
Miſeret, uit, & miſertū.	n. 2
Moveo, movi, motum.	a. 2
NIdeo —— ——	n. 2
Mingo, minxi —	n. 3
Neo, nevi, netum.	a. 2
Niveo, nivi, & nixi —	n. 2
Nubo, nupſi, nuptum,	n. 3
Nanciſcor, Nactus.	d. 3
Nitor, niſus, & nixus —	d. 3
Naſcor, natus, — naſciturus.	d. 3
OBſoleo, obſolevi, obſoletum.	n. 2
Occulo, ui, occultum.	a. 3
Obliviſcor, oblitus.	d. 3
Operior, opertus.	d. 4
Ordior, orſus.	d. 4
Orior, ortus, oriturus.	d. 3
POlleo —— ——	n. 2
Paveo —— —	n. 2
Prodigo, prodegi —	n. 3
Pſallo, pſalli ——	a. 3
Poſco, popoſci ——	a. 3
Pluo, plui, & pluvi —	n. 3
Paciſcor, pactus.	d. 3
Proficiſcor, profectus.	d. 3
Patior, paſſus.	d. 3
Pango, panxi ——	a. 3
Piget, piguit, & pigitum.	n. 2
Pudet, puduit, & puditū.	n. 2
Placet, uit, & tum.	n. 2
Pertæder, uit, & æſum.	n. 2
Prandeo, prandi, ſum.	n. 2
Pendo, pependi, ſum.	a. 2
Plaudo, plauſi, plauſū.	a. 3
Plodo, plodi, ploſum.	a. 3
Pedo, pepedi, peditum.	n. 3
Pango, pegi, & pepigi, pactum.	n. 3
Pleo, plevi, pletum.	a. 2
Pello, pepuli, pulſum.	a. 3
Promo, prompſi, ptum.	a. 3
Premo, preſſi, preſſum.	a. 3
Pono, poſui, poſitum.	a. 3
Pinſo, pinſui, piſtum, pinſitum & pinſum.	a. 3
Peto, petivi, petitum.	a. 3
Parco, peperci, parcitum, & parſi, parſum.	a. 3

	Con.
Quiniſco, quexi —	*n.* 3
Queror, queſtus —	*d.* 3
Rudo —	*n.* 3
Reſpuo, reſpui —	*a.* 3
Refello, refelli.	*a.* 3
Renuo, renui.	*n.* 3
Rideo, riſi, riſum.	*a.* 2
Rodo, roſi, roſum.	*a.* 3
Rado, raſi, raſum.	*a.* 3
Rumpo, rupi, ruptum.	*a.* 3
Ruo, rui, rutum.	*n.* 3
Raucio, rauſi, rauſum.	*n.* 4
Reor, ratus —	*d.* 2
Sido —	*n.* 3
Sugo, ſuxi, —	*a.* 3
Strideo, ſtridi —	*n.* 2
Soleo, ſolitus —	*n.* 2
Satago, ſategi —	*n.* 2
Sterto, ſtertui —	*n.* 3
Sapio, ſapui —	*n.* 3
Scabo, ſcabi —	*a.* 3
Sono, ſonui, ſonitum.	*a.* 1
Seco, ſecui, ſectum.	*a.* 1
Sto, ſteti, ſtatum.	*n.* 1
Sorbeo, ſorbui, ſorptum.	*n.* 2
Suadeo, ſuaſi, ſuaſum.	*a.* 2
Sedeo, ſedi, ſeſſum.	*n.* 2
Spondeo, ſpoſpondi, ſũ.	*n.* 2
Scribo, ſcripſi, ſcriptum.	*a.* 3
Spargo, ſparſi, ſparſum.	*a.* 3
Sallo, ſalli, ſalſum.	*a.* 3
Sumo, ſumpſi, ſumptum.	*a.* 3
Strepo, ſtrepui, pitum.	*n.* 3
Sero, ſeruï, ſertum.	*a.* 3
Specio, ſpexi, ſpectum.	*a.* 3
Struo, ſtruxi, ſtructum.	*a.* 3
Sentio, ſenſi, ſenſum.	*a.* 4
Sarcio, ſarſi, ſarſum.	*a.* 4
Sepio, ſepſi, ſeptum.	*a.* 4
Sancio, ſanxi, ſancitum.	*a.* 4
Salio, ſalii, ſaltum.	*n.* 4
Sepelio, livi, ſepultum.	*a.* 4
Singultio, tivi, ultum.	*n.* 4
Tædet, tæduit —	*n.* 2
Turgeo, turſi —	*n.* 2
Timeo, timui —	*a.* 2
Tueor, tuitus, & tutus.	*d.* 2
Tono, tonui, tonitum.	*n.* 1
Tondeo, totondi, tonſũ.	*a.* 2
Teneo, tenui, tentum.	*a.* 2
Torreo, torrui, toſtum.	*a.* 2
Torqueo, torſi, tortum.	*a.* 2
Tergeo } terſi, terſum,	*a.* 2
Tergo }	*a.* 3
Trudo, truſi, truſum.	*a.* 3
Tango, tetigi, tactum.	*a.* 3
Tollo, ſuſtuli, ſublatum.	*a.* 3
Texo, texui, textum.	*a.* 3
Temno, tempſi, temptũ.	*a.* 3
Vergo —	*n.* 3
Veſcor —	*d.* 3
Urgeo, urſi —	*a.* 2
Ulciſcor, ultus —	*d.* 3
Utor, uſus —	*d.* 3
Veto, vetui, vetitum.	*a.* 1
Video, vidi, viſum.	*a.* 2
Vieo, vievi, vietum.	*a.* 2
Vado, vaſi, vaſum.	*n.* 3

	Con.		Con.
Vello, li, & ulsi, vulsum.	a. 3	Vivo, vixi, victum.	n. 3
Verro, verri, versum.	a. 3	Venio, veni, ventum.	n. 4
Uro, ussi, ustum.	a. 3	Vincio, vinxi, vinctum.	a. 4
Viso, visi, visum.	a. 3	Væneo, vænivi, vænum.	n. 4
Verto, verti, versum.	a. 3	Voveo, vovi, votum.	a. 2

Verba quædam Defectiva.

Præs. & Perfectum,

Novi
Memini } *isti, it.* Pl. *imus, istis, êrunt* vel *êre.*
Odi

Perf. *Cœpi*

Noveram, novi, noverim, novissem, novero, novisse; item declinantur *Memini, Odi*, & *Cœpi*, nisi quod *Memini* habeat in Imperativo —— *Memento*, Pl. *Mementote.*

Odi apud Antiquiores in præterito *osus* sum, undè *exosus, perosus* etiamnum in usu sunt, *Osurus* in futuro, dixit *Cicero.*

Cœpi passivè flectitur per eadem tempora in omnibus modis *Cœptus sum*, & jungitur aliis passivis infiniti modi, *Cœpta* res est fieri meliùs & usitatiùs quam *Cœpit.* Em. Alv.

Dico, duco, fero, facio, cum compositis, apocopantur in secundis Imperativi singularibus. *Dic, duc, fer, fac*; ut *Prædic, deduc, calefac.* Ea tamen composita ex verbo *facio*, quę *a* in *i* mutant, retinent *e*, ut *confice, perfice.*

Aio.

Ind. præſ. *Aio, ais, ait.* Pl. *aiunt.*
Imperf. *Aiebam, bas, bat.* Pl. *bamus, batis, bant.*
Imper. — *Ai.* Subj. *Aiam, aiat.* Part. *aiens.*

Imp. *Ave.* Pl. *avete.* Inf. *Avere.*

Ind. fut. *Salvebis.* Imper. *Salve, ſalveto.* Pl. *Salvete ſalvetote.* Inf. *Salvere.*

Ind. Pr. *Inquio* vel *Inquam, inquis, inquit.* Pl. *inquimus, inquiunt.* Imperf. *inquiebat.* Perf. *inquiſti.* Fut. *inquies, inquiet.* Imperat. *inque, inquito.* Part. *inquiens.*

Inſit. tertia perſona Indicativi, pro *incipit* vel *inquit.*

Deſit pro deeſt. Fut. *deſiet.* Inf. *deſieri.*

Ind. *Quæſo.* Pl. *quæſumus.*

Forem, es, et. Pl. *forent.* Inf. *fore.*

Dor & *For* non dicuntur, *daris* vel *dare, dari, dandus,* & *faris* vel *fare,* &c.

Explicit, Ind. Pl. *expliciunt.*

Es, eſt. Pl. *eſtis.* Imp. *Es, eſto.* Pl. *eſte, eſtote.* Subj. *Eſſem, es, et.* Pl. *eſſemus, etis, ent.* Inf. *Eſſe.* Sic *Comes, comeſt,* &c. habent ſignificationem verbi *Edo.*

Apud

Apud Comicos leguntur.

Faxim, vel *faxo*, pro Faciam vel fecerim,
Axim, pro agam vel egerim,
Duim, pro dem,
Perduim, pro perdam,
Creduim, pro credam,
Auſim, } *is*, *it*. Pl. *im*

Amaſſo,
Habeſſo,
Prohibeſſo,
Expetiſſo, } *is*, *it*. Pl. *imus*, *itis*, *int*. pro { Amavero. Habuero. Prohibuero. Expetivero.

Amaſſere,
Expugnaſſere,
Prohibeſſere, } pro { Amare, Expugnare. Prohibere.

Sis,
Sultis,
Sodes,
Caveſis,
Videſis,
Capſis, } pro { *Si vis*. *Si vultis*, *Si audes*. *Cave ſi vis*. *Vide ſi vis*. *Cape ſi vis*.

Verba quædam leviter voce diſsimilia, diverſas tamen habentia ſignationes:

	Conjug.		Conj.
ARceo, *to drive.*	2	Arcuo, *to arch.*	1
Alo, *to nouriſh.*	3	Halo, *to breath.*	1
Affero, *to bring,* attuli.		Aufero, *to take away,* abſtuli.	
Audio, *to hear.*	4	Audeo *to dare.*	2
CUro, *to regard.*	1	Curro, *to run.*	3
Caveo, *to beware.*	2	Cavo, *to make hollow.*	1
Caleo, *to be warm.*	2	Calleo, *to be able, or know.*	2
Colo, *to till, or honour.*	3	Colo, as, *to ſtrain.*	1
Colo, *to conceal.*	1	Cælo, *to grave.*	1
Cedo, *to give place.*	3	Cædo, *to wound, or kill.*	3
Conſumo, *to conſume.*	3	Conſummo, *to conſummate.*	1
DIco, *to ſay.*	3	Dico, as, *to dedicate.*	1
Differo, *to differ, or delay.*		Defero, *to def. carry, or accuſe* detuli.	
EDūco, *to bring forth*	3	Edūco. *to bring up.*	1
Effero, *to extoll,* extuli.		Offero, *to offer,* obtuli.	
FEro, *to bear,* tuli.		Ferio, *to ſtrike.*	4
Fugio *to fly, or avoid.*	3	Fugo, *to put to flight.*	1
Flagro, *to burn.*	1	Fragro, *to ſmell ſweet.*	1
Furo, *to rage.*	3	Furor, *to ſteal.*	1
Fundo, *to pour.*	3	Fundo, *to ſound.*	1
GEſtio, *to skip for joy.*	1	Geſto, *to bear.*	1

Illudo

Illudo, *to mock.*	3	Illido, *to wound.*	
Iaceo *to ly down.*	2	Iacio, *to cast.*	
Indico, *to proclame.*		Indico, *to shew.*	
Incĭdo, *to fall in.*		Incīdo, *to cut.*	
Ineo, *to begin.*	4	Inhio, *to gape.*	

Lego, *to read, or gather.*	3	Lego, *to send Deputy.*	
Lacteo, *to milk.*	2	Lacto, *to give suck.*	

Meruo, *to fear.*	3	Meto, *to mow, or reap.*	
Mulceo, *to asswage.*	2	Mulgeo, *to milk.*	
Muto, *to change.*	1	Mutio, *to mutter.*	
Moror, *to tarry, or delay.*	1	Morior, *to die.*	

Occĭdo, *to fall.*	3	Occīdo *to kill*	
Opero, *to work,*	1	Operio, *to cover.*	
Operor, *to work.*	1	Opperior, *to tarry for.*	
Ostendo, *to shew.*	1	Ostento, *to boast.*	

Pario, *to bring forth.*	3	Pareo, *to obey.*	
Pendo, *to hang, or depend.*	2	Pendo, *to weigh, or pay.*	

Quæro, *to seek.*	3	Queror, *to complain.*	

Sapio, *to be wise.*	3	Sepio, *to hedge.*	
Sentio, *to feel.*	4	Censeo, *to judge.*	

Velo, *to obscure.*	1	Vello, *to pul.*	
Volo, *to will.*		Volo, *to fly.*	
Vinco, *to overcome.*	3	Vincio, *to bind.*	
Venio, *to come.*	4	Væneo, *to be sold.*	

Syn-

Syntaxis

Syntaxis.

SYntaxis ſpectat voces conjunctim, ſive *orationem*; Et eſt *debita ordinatio ſeu connexio partium orationis inter ſe, juxtà praxin, ſivè uſum probatiſſimorum Authorum.*

Partes ſunt, { *Concordantia* { *Directa*, *Figurata*. & *Regimen*, ſive Conſtructio.

Concordantia eſt *Convenientia* quædam Triplex:

1 Con. } *Inter* { Nominativum & Verbum, *numero*, & *perſona*.
2 Con. } { Subſtantivum, & Adjectivum, *caſu*, *genere*, & *numero*.
3 Con. } { Antecedens, & Relativum, *genere*, *numero*, & *perſonâ*.

Con-

Concordantia prima directa.

PErſona & numero rectis ſua verba cohærent.

Dum felis dormit, ſaliunt mures.
Oportet ut mendax ſit memor.

Verbum perſonale finiti modi cohæret cum Nominativo, numero & perſonâ. Verba Infiniti modi pro Nominativo Accuſativum ante ſe ſtatuunt, omittendo conjunctiones, *quòd* vel *ut*, *Oportet mendacem eſſe memorem*, ubi Nominativus eleganter in Accuſativum vertitur; [*quòd*] rem factum, [*ut*] rem faciendam ſignificat.

Obſervatio.

Ego, *tu*, *ille*, *nos*, *vos*, *illi*, Nominativi, rarò exprimuntur, niſi *diſcretionis* cauſâ, aut *emphaſis* gratiâ, ſi *tu deſeris*, *perimus*. In his, *tonat*, *pluit*, *fulminat*, *fulgurat*, *ningit*, *veſperaſcit*, *luceſcit*, &c. ſubintelliguntur *Deus*, *natura*, *aër*, *nox*, *dies*, &c.

Concordantia ſecunda.

ESt numero, genere, & caſu par mobile fixo.

In bono loco res humanæ ſunt.
Qua nemo eſt, niſi ſuo vitio miſer.

Adjectivum cum Subſtantivo, genere, numero & caſu conſentit. Adjectivum vocatur *mobile*, quia movetur de genere in genus, & Subſtantivum, nomine *fixi* appellatur,

quod non movetur, ſed per ſe ſignificans, & conſiſtens *figitur* quaſi orationis ſuſtentaculum.

Concordantia tertia.

OMne Relativum cum præcedente quadrabit,
In quibus eſt idem numerus, perſona, genuſque.

Spartam quam nactus es hanc orna.
Ille qui nimium properat ſerius abſolvit.

Relativum concordat cum Antecedente, numero, genere, & perſonâ; perſonæ tamen nulla eſt ratio, niſi Relativum immediatè præcedat verbum.

Obſervatio prima, in Concordantias.

Verbum inter duos Nominativos diverſorum numerorum poſitum, vel Adjectivum, aut Relativum inter duo ſubſtantiva diverſorum generum collocatum, cum poſteriore aliquando convenit.

Conſcientia mille ſunt teſtes.
Non omnis error ſtultitia *eſt* dicenda.
Nemo tollat ſaxum qui limes *ponitur.*

Obſervatio ſecunda.

Aliquando Relativum vel Adjectivum, ſubintelligitur in poſſeſſivo. Exaudi vocem *meam* clamantis ad te, pro *mei*. Miror ſtultitiam *veſtram* qui Æthiopem lavatis, pro *veſtri*. Meâ unius opera factum eſt, pro *mei*. *Noſtros* vidiſti *flentes* ocellos, Enallage numeri, *noſtri* pro *mei*.

Con-

Concordantia Figurata ſive Indirecta.

SVppoſitum tribus eſt, quicquid reſpondeat aptè,
Si nomen non ſit, velut invariabile flectes.

Eſt quædam flere voluptas.
Velle ſuum cuiq; eſt.

Per *Suppoſitum* intelligitur Nominativus, Subſtantivum, vel Antecedens. *Appoſitum* vocatur verbum, adjectivum, & relativum. Quodcunque reſpondeat ad quæſtionem factam per *quis* vel *quid* ſuppoſitum eſt tribus, ſcilicet, verbo, adjectivo & relativo, atque huic ſi nulla contingat regularis flexura, more invariabilium flectere ſufficiet, ſive fuerit dictio ſimplex, ſive oratio, hoc *flere*, hoc *velle* per omnes caſus. *Enallage.*

SIngula conjunctim valeant pluraliter, Horum
Perſonæ, & generis ratio eſt potioris habenda.

Amicus & Aurum ignibus ſunt probandi.
Ego & res mea valemus.

Plures Nominativi, item ſubſtantiva, vel antecedentia ſingularia, exigunt adjectivum, aut relativum plurale, quæ verba vel adjectiva erunt dignioris *perſonæ* & *generis*. Perſonarum prima dignior eſt quam ſecunda, & ſecunda quam tertia. Maſculinum genus eſt dignius fœminino, & neutro, ſed neutrum præfertur utrique, ſi de inanimatis fiat ſermo. ut *Aqua & ignis ſunt inexorabilia.* *Syllepſis.*

Pluribus æquivalet vox collectiva priori.

Turba ruunt.
Pars mersi.

Nomen multitudinis singulare, quandoq; verbo plurali jungitur. *Synthesis.* *Collectivum* est quod plura in singulari continet, & æquivalet plurali: hujus naturæ est *Partitivum.* *Aperite aliquis ostium.*

Regimen, sive Constructio.

Dictio præcedens certissima norma sequentis.

Sunt libros animo qui ſpernis Luminis instar.

Unaquæq; pars orationis regitur à proximè antecedenti vocabulo, in constructione ordinata, præter *Relativum* & *Interrogativum.* Observandum est, quod eidem verbo diversi casus diversa ratione apponi possunt; *dedit mihi vestem pignori, te præsente, propriâ manu.*

Regimen Substantivorum.

SI duo concurrunt patrio compone secundum.
Est ubi posterius dandi dignabere casu.
Quum duo idem spirant, casu nectantur eodem.

Aniculârum fabulæ.
Omne solum forti patria est.
Homo bulla! quid superbis?

Quum duo substantiva diversæ significationis concurrunt

runt, posterius in Genitivo ponitur, præcedente signo nostro vernaculo [*of.*] Est ubi in Dativum vertitur, cum signo [*to.*] Si rem eandem significant, in eodem casu per *Appositionem* connectuntur, variatur & Genitivus per adjectivum possessivum, ut *aniles fabulæ. Carmen Virgilianum*, vel *Virgilii*.

Sunt vitii genito, aut sexto, sic nomina laudis.

Odi puerulos præcoci sapientiâ.
Homo obesæ, Vir emunctæ nasi.
Esto præsenti animo.

Laus & *vituperium* rei in genitivo vel ablativo effertur; posteriori tamen substantivo jungitur adjectivum notans qualitatem. Aliquando subintelligitur prius substantivum, *Esto vir*, vel *Puer, præsenti animo.*

Gaudet Opus sexto fixum, quem postulat Usus.

Vino vendibili non opus est hederâ suspensâ.

Opus & *usus* ablativum exigunt cum necessitatem significant. *Opus* aliquando adjectivè sumitur pro *necessarius*.

Adjectiva suis stant viribus, atq; sequenti,
Neutra dabunt patriũ fixi sub nominis umbrâ.

Mali sunt puniendi, ut non lædantur boni.
Eveniunt multa quæ non volumus.
Multum condimenti, parum opsonii.

Adjectivum in neutro genere absolutè, hoc est absque substantivo positum, aliquando genitivum postulat, & præcipuè si *quantitatem* significet. *Multum condimenti*, pro *multum condimentum*. Masculinum ponitur solitarium, cum [*Homo*] subintelligitur, ut *mali*, pro *mali homines*. Neutrum substantivè sumitur adjectivum, quando vox [*res*] non adjungitur, ut pro *multæ res* dicimus *multa* pluraliter in neutro genere, sine substantivo.

Adjectivorum Regimen.

ADjectiva petunt patrium verbalia casum.

Omnium formarum capax est.
Natura amans est sobolis suæ.

Adjectiva *verbalia*, scilicet quæ à verbis derivantur, in genitivum feruntur; Item participialia, sive paticipiorum voces, cum fiunt nomina verbalia in *bilis*, accepta passivè dativo adjecto gaudent; ut *Fortunæ telis inviolabiles sunt Deorum filii.*

ILla quibus Studium est, Oblivio, Cura, Reatus,
Cognitio, Timor, aut contrà, meruêre secundos.

Multarum rerum sollicitus.
Compos mentis.

Adjectiva quæ *desiderium*, *memoriam*, *notitiam*, *curam*, *reatum*, *timorem*, atq; iis *contraria* significant, genitivum adsciscunt. Adjectiva *sollicitus*, *securus*, *anxius*, *curiosus*, *incautus*, &c. usurpantur etiam cum præpositionibus, ut *de verbis sollicitus.*

Copia mobilibus vel ſi ſignatur egeſtas,
His genitum fas eſt, aut ſextum jungere caſum.

Homo rimarum plenus.
Vir conſilii expers mole ruit.

Adjectiva quæ ad *copiam* vel *egeſtatem* pertinent, ſæpius genitivo, interdum ablativo gaudent: Adjectiva quædam utuntur præpoſitionibus, ut *liber à metu.*

Partitiva regunt genitos, Numeralia, Nomen
Omne Rogativum, medius gradus atq; ſupremus,
Vnde genus ſibimet poterunt dignoſcere certum.

Neque primus omnium, neque peſſimus.
Simiarum pulcherrima eſt deformis.

Nomina *Partitiva*, aut *partitivè* poſita, *numeralia*, *interrogativa*, *comparativa*, & *ſuperlativa* gaudent genitivo, à quo & genus mutuantur, præcedente ſigno [*of*] vel [*among*] *Partitivum* eſt quod partem multitudinis ſignificat, vel multa ſigillatim, ut *aliquis*, *alius*, *alter*, *uterque*, *neuter*, *nullus*, *ſolus*, *quiſque*, *quiſquis*, *quidam*, *quilibet*, *quicunque*, *unusquiſque*, *pauci*, *omnes*, *nemo*. Variantur etiam per præpoſitiones, *E*, *de*, *ex*, *inter*, *ante*; ut *pulcherrima Simia*, *pulcherrima Simiarum*, *pulcherrima ex Simiis*, *pulcherima inter Simias*. Nonnulli conveniunt cum ſuppoſito: ut *Roſa omnium florum eſt ſuaviſſima*. *Leo animalium eſt fortiſſimus*. Comparativum ad *duo* refertur, Superlativum ad *plura*. *Manuum fortior eſt dextra*. *digitorum longiſſimus*.

Adjectiva quæ regunt Dativum.

Adjectiva quibus favor eſt, aut grata voluptas,
Obſequium, vel contra, imponunt frœna dativo.

Aurora muſis amica.
Affero vobis jucundum nuntium.

Adjectiva quæ ſignificant *amicitiam, odium, voluptatem, dolorem, obſequium,* vel *contumaciam,* dativum regunt.

Utile, longinquum, vel cum ſignabitur aptum,
Diſſimile aut contra dandi ſubſternito caſum.

Invia virtuti nulla eſt via.
Pudor mendico inutilis.

Adjectiva quibus *commodum, incommodum, longinquitas, proximitas, aptitudo, difficultas, ſimilitudo, diſſimilitudo* ſignificatur in Dativum tranſeunt. Quædam commodi & aptitudinis efferuntur etiam cum præpoſitione [*ad*] *neceſſaria ad victum, natus ad lepores;* ſic *facilis, intentus, aptus, commodus, habilis, promptus, opportunus, proclivis, utilis, aſſuetus, expoſitus.* Quædam quæ ſimilitudinem ſignificant aliquando genitivo gaudent. *Par hujus.*

Dandi vel genitum caſum cupiunt alienus,
Proprius, immunis, communis, junge ſuperſtes.

Commune Stoicorum, vel Stoicis.
Hoc mihi tecum commune eſt.

Communis, immunis, alienus, proprius, ſuperſtes, variis caſibus inſerviunt. Immunis & alienus uſurpantur cum præ-

præpositionibus. *Immunes à malo, alienus à studiis.*

Adjectiva quæ regunt Accusativum.

IN quarto, sextove, rei mensura quiescit.

Muri Babylonis ducentos pedes alti.
Sesquipede longum.

Magnitudinis mensura, subjicitur adjectivis in accusativo vel ablativo; *Longus, latus, altus, crassus, profundus,* sunt adjectiva mensuræ.

Adjectiva quæ regunt Ablativum.

QUam post Collativa solent exponere quamvis.

Patriæ fumus alieno igne luculentior est.

Comparativa cùm exponuntur per [quam] ablativum adsciscunt. Verùm si conjunctio *quam* Latinè exprimenda sit, nomen erit ejusdem casus cum priori supposito, ut *Patriæ fumus est luculentior quam alienus ignis. Magis* habet aliquando rationem adjectivi nominis comparativi. Item *malo* ex *magis* & *volo, malo granum hordei omnibus gemmis.*

COntentus, fretus, sextum, sic præditus optant,
Dignus & indignus; Dabis his genitũq; duobus.

Dignum patella operculum.
Vestrâ fretus patientiâ.

Dignu

Dignus, indignus, fretus, præditus auferendi casum adjectum volunt, sed dignus et indignus interdum leguntur genitivo; *indignus avorum.*

Verba quæ regunt Nominativum.

Quæ substant, passiva vocandi, verbaq; gestus,
Cum spectant eadem, recti comitantur utrinq;

Mulier salus est, aut Calamitas domûs.
Nemo nascitur artifex.

Verba *Substantiva, Sum, forem, fio, existo, exto, clueo* vel *cluo, audio* pro *vocor.* Verba vocandi *Passiva*, ut *Nominor, appellor, dicor*, & iis similia, ut *scribor, habeor, salutor, nascor*, omniaq; ferè verba passiva. Item *verba gestus*, ut *eo, incedo, sedeo, cubo, curro, evado, maneo*, &c. utrinq; Nominativum expetunt ejusdem rei. Sed horum Infinita, habent utrinque eosdem casus, sive Nominativos, Accusativos, vel Dativos. *Malo esse dives, malo me divitem esse. Natura beatis omnibus esse* dedit.

Verba quæ regunt Genitivum.

Sum genito gaudet, quoties possessio fertur,
Aut cum proprietas, vel munus significatur.

Pauperis est numerare pecus.
Non sentire mala non est hominis.
Non ferre non est viri.

Sum genitivum postulat, quoties significat possessionem, aut

aut ad aliquid pertinere. Hic *munus*, *officium*, vel *proprium* ſubintelligi videatur, ideóq; non reſpondetur, per *mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, Sed *meum*, *tuum*, *ſuum*, *noſtrum*, *veſtrum*.

SI damnant, purgant, accuſant verba, monentve,
Vox patrium officii, pœnæ, vel criminis optat.

Senectutem omnes accuſant moleſtiæ.
Res adverſæ nos commonefaciunt officii.

Verba *accuſandi*, *damnandi*, *monendi*, *abſolvendi* genitivum poſtulant ejus nominis quod *crimen* ſignificet vel *pœnam*. Quædam poſſunt variari in ablativo, cum præpoſitione [de] *de moleſtia*, *de officio*, aliquando intellectâ præpoſitione.

Vult genitum, ſatago, miſereri, ſic miſereſco.

Alienæ rei ſatagit.
Miſerere mei.

Satago, *miſereor*, & *miſereſco*, genitivum admittunt. *Miſereor*, & *Miſereſco*, rariùs cum dativo leguntur. *Huic miſereor*, *miſereſce malis*.

POenitet, atq; piget, tædet, miſeretq; pudetq;
Poſt quarũ patrios cupiunt adſciſcere caſus.

Ille, quem facti pœnitet, ferè eſt innocens.

His impersonalibus ſubjicitur accuſativus cum genitivo, nonnulla remigrant in perſonalia. *Non te hæc pudent.*

Gig-

[*bebit,*

GIgnendi casum aut quartum Reminiscor ha-
Obliviscor, item Memini, verbumq; Recordor.

Natalium tuorum reminiscere.
Obliviscitur beneficia.

Reminiscor, obliviscor, memini, recordor, genitivum aut accusativum desiderant. *Reminiscere natalium vel natales. Obliviscitur beneficia* vel *beneficiorum.* Observandum est non legi post *memini & oblitus, me, te, se,* sed *mei, tui, sui.*

COnstruitur patrio refert, quem postulat inter-
Est, si Fœmineis sextis pronomina demas.

Cujusq́ interest se intueri.
Non meâ refert quid agitur.

Hæc impersonalia, *Interest* & *Refert* quibuslibet genetivis annectuntur, præter hos ablativos fæmininos, *meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ,* & *cujâ.* Quidam accusativos esse contendunt, & subintelligi officia. Adjiciuntur genitivi, *tanti, quanti, magni, parvi,* &c. adverbialiter. *magni* refert quibuscum vixeris.

Verba quæ dativum regunt.

NOmen pone rei [cui quid] post verba Dativo.

Rete non Milvo tenditur.
Aureos mihi montes pollicetur.

Om-

Omnia verba regunt dativum ejus rei, cui aliquid quocunque modo contigerit. Hujus modi verba habent ferè signa post se in vernaculo nostro sermone [*to*] vel [*for.*] Quædam tamen non feruntur in dativo, sed accusativo cum præpositione *ad*, ut *voco*, *provoco*, *incendo*, *loquor*, *hortor*, *invito*, *excito*, *incito*, *accerso*, *impello*, *attinet*, *pertinet*, *spectat*.

Quod credit, prodest, placet, auxiliatur, obaudit, Vel contra, dandi poterit constringere casum.

Nimiùm ne crede colori.
Satius est mederi initiis quam fine.
Lupus insidiatur ovili.

Verba *fidendi*, *desperandi*, *commodandi*, *incommodandi*, *placendi*, *displicendi*, *auxiliandi*, *impediendi*, *obediendi*, *oppugnandi*, dativum requirunt. Excipe *Lædo*, *offendo*, *juvo*, quæ accusativum *postulant*.

Si venia, imperium, vel significabitur illis, Ira vel eventus, sequeretur verba dativus.

Sapiens dominabitur astris.
Ignoscas aliis multa, tibi nihil.

Verba *parcendi*, *imperandi*, *irascendi*, & *contingendi*, gaudent dativis. *Moderor* aliquando legitur cum accusativo. *Jubeo* sæpiùs.

Qua

Quæ tollunt, arcent, & quæ conferre notantur,
Dissidium quibus est, aliqua aut distantia, cassæ
Dandi optant, sexto quem mutant præposituræ.

Superbia Deum, invidia proximum, ira meipsum mihi aufert.
Aquilam Noctuæ comparas.

Verba *auferendi, arcendi, comparandi, dissidendi, distandi,* dativum exigunt vel ablativum cum præpositione [a] *aufert mihi,* vel *à me.* Verba comparandi admittunt [ad] vel [cum] Aquilam *ad Noctuam,* vel *cum Noctuâ comparas.*

Mutandum sexto cupiunt passiva Dativum.

ultima dies semper expectatur prudenti.
Nobilitas ornatur literis.

Passivis additus ablativus, sed antecedente præpositione, & sæpe dativus. *Ablativus agentis* resolvitur in nominativum, qui præcedet verbum activè redditum. *Literæ ornant nobilitatem.* Passiva quandoq; regunt casus activorum suorum. *Doceberis à me alios mores.*

Sum cum progenie, nisi possum, fige Dativis.

Est mihi curta supellex.
Luxuriæ desunt multa, avaritiæ omnia.

Sum cum compositis præter *possum* exigit dativum. *Est* cum dativo exponitur pro [*habeo*] *Est mihi, tibi, illi, nobis, vobis, illis;* pro *habeo, habes, habet, habemus,* &c. Sic

deest

deeſt mihi, tibi, illi, argentum. Deſunt nobis libri, Deſunt illis neceſſaria, i. e. *non habent neceſſaria. Otium eſt mihi*, i. e. *vacat mihi.* In quibus ſignificatio eſt eadem, eadem eſt conſtructio

VErba regunt dandi caſum, ſi particula, ob, con, Ante, ſub, inter, ad, in, præ, poſt, ſuper, additur illis.

Candidus tibi illuxerit dies.
Vitia obrepunt nobis, ſub nomina virtutum.

Dativum poſtulant verba compoſita cum his præpoſitionibus, *ob, con, ante, ſub, inter, ad, in, præ, poſt, ſuper.* Sed *allatro, antecedo, antecello, anteeo, anteſto, antevenio, anteverto, attendo, condono, illudo, inceſſo, inſulto, incumbo, præcedo, præcurro, præeo, præſto, præſtolor*, &c. eadem ſignificatione dativum vel accuſativum regunt.

Confero, condono, conduco, accedo, incumbo, applico, converto, dativum, vel accuſativum cum præpoſitione [*ad.*]

Aſpicio, invenio, admiror, alloquor, adjuvo, invado, præverto, ſubeo, obeo, occido, adjuro, accuſativum plane requirunt.

Interdico dativum, & ablativum, *interdico tibi aqua, ſupersedeo* ablativum,

SVm gaudet duplici, ſic plurima verba dativo.

Longo itineri etiam palea eſt oneri.
Hoc mihi vitio dedit.

Sum cum multis aliis geminum adſciſcit dativum. *Do duco, verto, tribuo, habeor.* Palea eſt *oneri*, pro *onus.* Poſt hujuſmodi verba prior dativus pro nominativo ponitur, aliquando accuſativi locum habet. *Neſcio quid hoc vertas vitio mihi*, pro *vitium.*

Verba

Verba quæ Accuſativum regunt.

Quorum tranſit opus, pòſt ſumunt omnia quartum.

Anguillam tenet caudâ.
Olet hircum.

Verba *tranſitiva* cujuſcunq; generis exigunt accuſativum ejus nominis quod reſpondet ad quæſtionem factum per [quem] vel [quid.] Vocantur *tranſitiva* quorum ſignificatio tranſit in aliud. *Intranſitiva*, ſive abſolutè neutra, verba ſunt quorum actio perficitur intus, ut *vivo*. Verba ad *ſenſus* pertinentia ſæpè pro activis ſumuntur, *Olet, ſapit, ſonat, ſpirat*, i. e. *Odore, ſapore, ſono, ſpiritu* exprimit.

Accuſativus poſt verba variatur in Nominativum, mutando activa in paſſiva. *Anguilla tenetur à te.*

Cognati quartum ſermonis neutra tenebunt.

Eandem canit cantilenam.
Mortem obiit.

Verba neutra & abſoluta, accuſativum admittunt *cognatæ ſignificationis*. Hunc accuſativum mutant authores non rarò in ablativum, *Morte obiit repentinâ*; & ad modum actionis, quidam cenſent referendum.

Si doceant, moneant, vel ſignent verba precari, Induo item et celo, geminis præponito quartis.

Temperantiam multos docuit penuria,
Precare Deum veniam.
Id me celavit. Induit ſe pallium.

Ver-

Verba *docendi, monendi, precandi, induo,* & *celo,* duplicem regunt accusativum. Hic variatio fit per præpositiones, *per, juxta, secundum, in, circa, ad. Erudiit te leges,* i. e. *juxta leges. Herus coegit me, hæc,* i. e. *ad hæc.* Alter Accusativus post verba *rogandi* mutatur in ablativum, cum præpositione, *Precare veniam à Deo.*

Verba quæ regunt Ablativum.

DEfectus quibus est aliquis vel copia verbis,
Adjicitur sextus casus, quandoq; secundus.

Aliorum medicus, ipse ulceribus scates.
Implentur veteris Bacchi, pinguiq; ferinæ.

Verba *abundandi, implendi, onerandi,* & *his diversa,* ablativo gaudent; ex quibus quædam nonnunquam in genitivum feruntur.

IN quarto, aut sexto, pone intervalla locorum.

Ne unguem à veritate recedam.
Abest ab urbe quingentis millibus passuum.

Spacium loci in accusativo effertur, interdum ablativo, *Abest bidui,* subintelligitur *spacium* vel *spacio, itinere* vel *iter.*

HÆc sextũ, potior, fruor, utor, fungor, amabunt.

Utere mundo, fruere Deo.
Officio tuo fungere.

Fungor, fruor, utor, potior, ablativo junguntur; *Potior* legitur cum genitivo, ut *potiri rerum,* nisi *Ellipsis* fiat, *imperio rerum.* His adde *muto, nitor.*

POne modũ, causamq; rei, instrumentaq; sexto, Materiã, genus et patriam, partemq; gravatã.

More pecudum.
Voluntas assiduitate fastidium parit.
Generosus equus vel umbra virgæ regitur.
Injuria affecit innocentem.
Gente Britannus. Utroq; pede claudicat.

Quodvis verbum admittit ablativum significantẽ *instrumentum, causam, modum actionis, materiam, genus, patriam,* & *partem affectam,* vel malè habentem. *Materiæ* & *modo* aliquando additur præpositio, *ex, de, cum*; *pars affecta,* sive *membrum,* nonnunquam in genitivo ponitur. *Discrucior animi.* Poeticè in accusativo, *Fremit ossa* supple *quoad,* vel *secundùm* ut græcis κατὰ.

NOmina des pretii sexto, quibus excipe tanti, &c.

Quod non opus est, asse carum est.
Multo sanguine stetit victoria.
Quanti constitit?

Quibuslibet verbis subjicitur *nomen pretii* in ablativo, Excipiuntur genitivi solitarii, qui ferè adverbiascunt. *Tanti, quanti, hujus, minoris, pluris, plurimi, parvi, minimi,* his addunt *boni,* & substantiva *flocci, nauci, nihili, pili, assis, teruncii,* quibus intelligi potest [pretio] *valeo,* interdum admittit accusativum. *Denarii* dicti, quod denos æris *valebant.*

NOmen erit ſexto (proprio moderamine) unctum;
Participi, donec ſua Conjunctura reſolvat.

Dejectâ arbore, ligna colligunt.
Fortunâ Ducente.

Aliquando additur ablativus abſolutè ſumptus, huic ſemper adjicitur participium, vel intelligitur, [*exiſtente*] & reſolvitur per Conjunctiones *dum, cum, ſi, quando, ubi, poſtquam. Arbore dejecta*, ſcilicet, *quando, ubi*, vel *poſtquam arbor dejicitur*, vel *dejecta eſt. Ducente fortunâ, ſi Fortuna ducat*, vel *quando Fortuna dux fuerit* : Nonnunquam in loco participii ponitur ſubſtantivum, ut *Fortunâ Duce*. Atq; hic ſubintelligi poteſt præpoſitio *ſub. Sub Fortuna Duce*, vel participium [*exiſtente*;] *Fortunâ exiſtente Duce.*

QVibuſdam varia occurrit conſtructio verbis.

Contule patriæ, i. e. *Proſpice.*
Conſule præceptorem, i. e. *Pete conſilium à præceptore.*
Occumbere mortem & morti.

Quædam verba variam habent conſtructionem, pro diverſa ſignificatione, *auſculto tibi*, i. e. *obedio*, *auſculto te*, i. e. *audio*. Et quædam verba, eundē retinentia ſignificatū, variè item conſtruuntur. *Occumbere mortem & morti.*

Regimen Infinitivorum.

MObile vel verbum ſolet infinita præire.

In ſolâ Sparta expedit ſeneſcere.
Audax omnia perpeti.

Quibuſdam tum verbis, tum adjectivis, familiariter ſubjiciuntur verba infinita. Verbum [*eſt*] non cogit poſt ſe infinitivum, niſi imperſonaliter ſumatur pro *licet*, *fieri poteſt*, vel *fas eſt*, ut *cernere erat*, i. e. licebat cernere.

Regimen Gerundiorum.

DI finita ſolet comitare gerundia nomen.

Natura hic nobis diverſorium commorandi dedit.
Peritus jaculandi.
Ratio ſcribendi literas.

Gerundia in *di* pendent à quibuſdam tum ſubſtantivis, tum adjectivis. Gerundia hæc ponuntur loco *genitivi*, poſt ſubſtantiva vel adjectiva, quæ per ſe regere ſolent genitivos, *peritus jaculandi*. Aliquando hoc gerundium ſignificat paſſivè, ut *Athenas erudiendi gratiâ miſſus*, i. e. ut *erudiretur*.

QVæ ſexto præſunt, in do finita præibunt
Particulæ, modò ponuntur ſine præpoſituris.

In numerando pecuniam paratus.
Nimium altercando veritas amittitur.

Gerundia in *do* pendent ab his præpoſitionibus, *a*, *ab*, *abs*, *de*, *e*, *ex*, *cum*, *in*, *pro*, loco ablativorum. Ponuntur & abſque præpoſitione. *Nimium altercando*, &c.

DVm finita ſolent, ad, ob, inter, et, ante, præire.

Turpe eſt duci præmio ad accuſandum viros.

Ge-

Gerundia in *dum* pendent ab his præpoſitionibus, *ad*, *ob*, vel *propter*, *inter*, *ante*, & locum habent accuſativorum. Cum ſignificatur *neceſſitas* ponuntur citra præpoſitionem addito verbo *eſt*. *Et poſt malam ſegetem ſerendũ eſt nobis.* Alii hoc fieri contendunt per participium in *dus*, ubi dativus regitur à participio paſſivo. Variatio fit per verbum *debeo* aut *oportet*, *Debemus ſerere*, vel *oportet nos ſerere*.

Vertuntur gerundii voces in nomina adjectiva elegantèr, quæ conveniunt cum Subſtantivis; ut pro [*numerando pecuniam*] in *numerandâ pecuniâ*. *Ad accuſandum viros*, vel *ad accuſandos homines*. *Ratio ſcribendarum epiſtolarum*, pro *ſcribendi epiſtolas*. Atq; hic genitivus pluralis interdum non invenuſtè adjicitur gerundii vocibus, ad fugiendum ὁμοιοτελεύτον, ſive ſimiles ſonus finales, ut *ratio ſcribendi literarum*.

Supinorum Regimen.

ACtivum prius eſt, & motus verba ſequetur.

Cur ibis tè perditum?
Stultitiæ eſt ducere venatum invitos canes.

Prius Supinum activè ſignificat, & ſequitur verbum aut participium ſignificans motum ad locum, inſtar Infinitivi activi. *Cur ibis te perditum?* hujus multiplex fiat variatio, *Cur ibis ad te perdendum? te perditurus*, vel ut *te perdas?*

POſterius patitur, ſequiturq; adjecta ſupinum.

Cibus concoctu facilis.
Nulla merx difficilior cognitu quàm fœmina.

Posterius Supinum passivè significat & sequitur nomina adjectiva, non sine significatione passivi infinitivi.

DErivata regunt casus quos prima tulerunt.

Equi molam trahentes multùm ambulant, parùm promovent.
Omnes desiderio tenemur audiendi nova.

Participia, gerundia, supina, & adverbia, regunt casus eorum à quibus derivantur; ut *trahentes molam, audiendi nova, scitatum oracula, prudentis est obviàm ire periculis.*

De Tempore.

TEmpus quando, *solet casu consistere sexto.*

Nemo omnibus horis sapit.

Quæ significant partem temporis, scilicet quæ respondent ad quæstionem factam per *quando*, in ablativo frequentiùs usurpantur, in accusativo rariùs.

QUamdiu amat quarto, sextoq; aliquando re-
[poni.
Nemo tam senex quin se annum putet posse vivere.

Quæ autem temporis durationem, aut continuationem denotant, quod respondet quæstioni factæ per *quamdiu*, in accusativo, interdum ablativo efferuntur.

Tempus aliquando variatur per præpositiones, *in, de, ab, super, ante, ad. In diem, in horas, in posterum. Ad multam*

tam noctem. Jam multos annos est, supple *ante multos.*

De Loco in quo.

In quo pone Loci proprium primæve secundæ,
Flexuræ patrio sexto sed nomina ternæ.
Propria item sextis si sint pluralia tantum.

Tarenti *fecit Archytas columbam ligneam volatilem.*
Delphis oraculo cessant.

Omne verbum admittit genitivum proprii nominis loci, qui respondet ad quæstionem *ubi*, modo primæ, vel secundæ declinationis, & singularis numeri sit.

Verum si proprium loci pluralis duntaxat numeri aut tertiæ declinationis sit, in ablativo ponitur.

Sic usurpantur *humi, domi, militiæ, belli.*

De Loco ad quem.

AD quos discе locos proprios componere quarto.

Noctuas portat Athenas.

Proprium loci, quod respondet ad quæstionem *quo?* apponitur verbis significantibus motum ad locum, in accusativo.

De Loco à quo vel per quem.

A Quibus, aut per quæ, loca ponas propria ſexto.

Rediit Carthagine. Roma *profectus eſt.*

Proprium loci quod reſpondet quærenti *unde*, aut *qua*, ponitur in ablativo verbis ſignificantibus motum à loco, aut per locum.

Sed nomina *appellativa*, & nomina majorum locorum uſurpantur ferè cum præpoſitionibus. *Per mare ibis ad* Indos. *In foro verſatur. Legantur in* Hiſpaniam.

RVs tamen atque Domus propriorum caſtra ſequuntur.

Res eſt anguſta domi. } vel { *Ruri.*
Ite domum. } { *Rus.*

Rus & *domus* ſequuntur regimen propriorum nominum. *Domi* non alios ſecum patitur genitivos, quam *meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alteræ.* Si alia adjectiva addantur, aliis utendum eſt caſibus, ut *veſcor domo amplâ*, non *amplæ domi.*

Adverbiorum Regimen.

EN atq; Ecce regunt primos, quartoſve ſequentes,

Ecce homo. *En prudentiam.*

En

En & *Ecce* demonſtrandi adverbia, tam nominativo quam accuſativo uſurpantur.

TEmporis atq; loci, quantiq; adverbia quædam,
Arridet genito, ſic utimur inſtar & ergo.

Nuſquam loci tuta fides eſt.
Abunde fabularum.
Inſtar multorum. Religionis ergò.

Adverbia *loci, temporis, quantitatis*, genitivum poſt ſe recipiunt. Loci, *ubi, ubinam, nuſquam, cò, longè, quò, ubivis, huccine.* Temporis, *nunc, tunc, tum, interea, pridie, poſtridie, &c.* Quantitatis, *multùm, parum, paululùm, ſatis, abunde, Inſtar* quidam referunt inter invariabilia, ut *ſimilitudinem* ſignificet vel *ad ſimilitudinem. Ergò* pro *cauſâ* vel *gratiâ.*

Conjunctionum Regimen.

COgit ſæpe modos, ligat & Conjunctio partes.

Nè perdas animum.
Mallem invenire bonos, quam facere.

Conjunctiones, *&, que, quoq́, ac, atq́, nec, neq́, aut, vè, vel, ſeu, ſive, niſi, an, quàm, præterquam*, ſimiles caſus, & tempora conglutinant. *Quidem, quoq́, autem, verò, enim*, ponuntur loco ſecundo, explicantur primo. *Ergo, itaq́, igitur, equidem*, primum vel ſecundum locum accipiunt, Cæteræ primum.

Quæ

Quæ quibus ſerviant modis Adverbia & Conjunctiones.

Ubi & *Cum* temporis adverbia modo Indicativum modo ſubjunctivum poſtulant, necnon *priuſquam*, *antequam*, *poſtquam*, *ſimulat*, *ſimulac*, *ſimulatq.*

Interrogativa *ubi*, *unde*, *quare*, &c. Indicativum modum poſcunt. *Dum* & *donec* pro *quamdiu* Indicativum, pro *quoad* vel *uſquedum* Indicativum, vel Subjunctivum. *Dum* pro *dummodo* Subjunctivum.

Cum pro *quod* Indicativum, pro *quandoquidem*, *quando*, *quoniam*, Subjunctivum ſæpiùs, nonnunquam Indicativum admittit.

Quoad pro *quamdiu* Indicativo vel Subjunctivo ſervit, pro *donec* Subjunctivo ſoli.

Ne, *prohibendi*, Imperativo vel Subjunctivo gaudet. *Interrogandi* Enclytica, *ut*, *an*, *et*, *uum*, Indicativo, dubitandi indefinite poſita, *et*, *pro*, *ut*, *non*, Subjunctivo.

Quaſi, *ceu*, *tanquam*, *perinde*, *ac*, *ſi*, ſimilitudinis adverbia, Indicativum poſtulant, ſimulationis Subjunctivum. *Etſi*, *tametſi*, *etiamſi*, *quanquam*, in principio orationis Indicativum, aliàs Subjunctivum requirunt.

Quando, *quandoquidem*, & *quoniam*, Indicativo junguntur.

Ni, *niſi*, *ſi*, *ſin*, *ſiquidem*, *quòd*, *quia*, *quamvis*, Indicativum admittunt, & Subjunctivum.

Quin exigentis Indicativum poſtulat, *cauſalis* utrumq; modum, ut, et *licet*.

Quippe Indicativum amat, *quippe*, *qui* & *utpote qui*, utrumq; modum.

Ut cauſalis, vel pro *ne non*, poſt *metuo*, *timeo*, *vereor*, aut etiam *concedentis*, aut pro *utpote*, Subjunctivum poſtulat.

Ut pro *poſtquam*, *quomodo*, *ſicut*, Indicativo gaudet.

Præ-

Præpoſitionum Regimen.

PRæpoſiturarum quartos anteambulat agmen,
Circiter, uſq; penes, cis, citra, adverſus et extra,
Erga, apud, ante, ſecus, trans, ſupra, verſus, ad, in-
Vltra poſt, præter, propter, propè, ponè, ſecundũ, (tra
Per, circum, circa, contra, juxta, inter, ob, infra.

Ad græcas Calendas. *Inter cænam.*

SVnt ablativo bis ſex ſua vota ferentes.
Abs, a, cum, coram, ſine, de, e, ex, pro, præ,
[tenus, abſque.

Eſt vegi à poculis,
Pro viribus. *Ore tenus.*

Tenus aliquando regit genitivum pluraliter, quoties ſermo fit de duobus, ut *aurium tenus.* Præpoſitiones non rarò ſubaudiuntur. [*à*] notat eleganter miniſtros aut ſervos, *à poculis*, a cup bearer.

SVb, ſuper, in, ſubter, clam, quarto & reddite
[ſexto.

Sub dio.
nitimurin vetitum.
In vino veritas.

Eædem præpoſitiones varias ſortiuntur ſignificationes. [*In*] pro *erga, contra, ad,* & quando ſignificant [*into*] accuſativo legitur.

Com-

Compoſitæ caſum retinent, aliquando redundãt.

Neminem præteribis inſalutatum.
Accede ad ignem.

Præpoſitio in compoſitione eundem nonnunquam caſum regit, quem & extra compoſitionem regebat.

Interjectionum regimen.

Alloquitur quoties fert interjectio quintum.

Euge ſerve fidelis! Puer future doctus!

Clamantes recto, quarto, quintoq; præibunt.

Heu pietas! ah me miſerum. Proh dolor!

Caſibus, & voces, Hei, Væ, præfige Dativis.

Hei miſero mihi! Væ imprudentibus.

Figuræ

FIGURÆ, Quæ ſæpiùs occurrunt GRAMMATICALES.

FIgura eſt nova loquendi ratio apud viros doctos, à forma communi remota. Figurarum aliæ ſunt *dictionis*, aliæ *Conſtructionis*.

PRotheſis apponit capiti, quod Aphæreſis aufert.

Protheſis, (à πρὸ ante, & θέσις poſitio) eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad principium dictionis, ut *tetulit* pro tulit. *Aphæreſis* (ab ἀφαιρέω abſcindo) eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à principio, ut *pone* metum, pro depone.

SYncope demedio tollit quod Epentheſis infert.

Syncope à σὺν id eſt con, & κόπτω incido) eſt ſubſtractio literæ vel ſyllabæ de medio dictionis, ut *amâſti*, pro amaviſti, *Surrexe* pro ſurrexiſſe. Cui contrariatur *Epentheſis* (ab ἐπὶ & ἐν quæ conjuncta ſignificat *inter*, & θέσις poſitio) ut *navita* pro nauta. *Mavors* pro Mars.

AVfert Apocope finem, quem dat Paragoge.

Apocope (ab, ἀπὸ ab & κόπτω ſcindo) eſt ablatio literæ vel ſyllabæ de fine dictionis, *ingeni*, pro ingenii. Huic contraria eſt *Paragoge* à παρὰ id eſt juxta, & ἀγωγὴ *ductio*, vel deductio, ut *dicier* pro dici.

An-

ANtiſtæchon èrit tibi litera ſi varietur.

Antiſtæchon, ab ἀντὶ pro, & στοιχεῖον elementum, eſt literæ pro literâ poſitio, ut *olli*, pro illi, *faciundum*, pro faciendum.

LIterulam tranſfert aſede Metatheſis unam.

Metatheſis tranſpoſitio (a μετὰ trans, & θέσις poſitio) cum elementum ſive litera mutatur, ut *Thimbre* pro Thimber.

CVderit ipſa novas Onomatopeia voces.

Onomatopeia (ab ὄνομα nomen, & ποιέω fingo] eſt quando ob defectum proprii fingimus vocabulum ad conceptum explicandum, ut *pipilo*, *Taratantara*, *clangor tubarum*, *murmur*, *ſibilus*.

ANtiphraſis contra naturam nomina ponit.

Antiphraſis (ab ἀντὶ contra, & φράσις locutio) eſt unius verbi Ironia : *Bellum* quod minimè bellum : *Parc* à non parcendo : *Lucus* quod non luceat.

VErba ſecans aliud ſolet interponere Tmeſis.

Tmeſis ſectio (a τέμνω i. incido) eſt vocis diſſectio unâ dictione interjecta. *Quæ mihi cunque, Res tibi publica*, eadem vocatur *Diacope*.

De-

DEficit Ellipſis verbis, Pleonaſmus abundat.

Ellipſis (ab ἐλλείπω linquo) defectum ſignificat vocis, ut, *ubi ad Dianæ veneris*, ſupple templum; cujus contrarium eſt (*Pleonaſmus* a πλεοναζω abundo) & eſt adjectio verborum ſuperflua, ut *biſce oculis vidi*, Sic *ore locutus*.

PRæponenda ſolet poſt ponere *Anaſtrophe* verba.

Anaſtrophe (ab ἀναστρέφω revertor) eſt poſtpoſitio vocis præpoſtera, ut *mecum*, pro cum me. *tranſtra* per, pro per tranſtra.

DIalyton tollit nexus, Polyſindeton auget.

Dialiton (à διαλύω i. diſſolvo) omittit neceſſarias conjunctiones, ut *vis, amor, ingenium.* Vocatur etiam *Aſyndeton*, cui contrarium eſt *Polyſindeton* (a πολὺ i. multum, & σύνδετον conjunctum) ut *generatáq; fovetáq; necatáq;*.

ARchaiſmus fertur vox aut conſtructio priſca.

Archaiſmus (ab ἀρχαῖος antiquus) eſt conſtructio, quâ Priſci potiſſimum uſi ſunt, atque eſt in dictione, ut *pictai*, pro pictæ, vel oratione, ut *dicturum vos credo*, pro dicturos; *præſente nobis*, pro præſentibus, ſed hic nonnulli putant *præſente* pro *coram* in præpoſitionem degenerari.

HElleniſmus erit ſi græca imitatio fiat.

Helleniſmus (ab ἑλλὼ græcus) legem imitatur græcorum,

ut abſtinet *iræarum*, pro irâ. Atq; hæ figuræ ſunt pene propriæ Poëtarum.

Synthesis eſt ſenſu, non voce, oratio quadrans.

Syntheſis (ἀ σὺν con, & θέσις poſitio) eſt cum conſtructio peccat in directam concordantiam, ſenſu interim ſano, quæ fit tripliciter, vel *genere* tantum, ut *Elephantus grævida*, vel *numero*, *Aperite aliquis oſtium*, vel *genere & numero* ſimul, *Pars merſi*, hæc etiam vocatur Σύνεσις.

Sensa dat Hendiadys, ſolvens in mobile fixum.

Hendiadys (ab ἓν unum, διὰ per, & δύο duo) eſt cum unum per duo dicitur, vel cum alterum ſubſtantivorum reſolvitur per adjectivum, ut *pateris* libamus *& auro*, i. aureis pateris, geſto *annulum & aurum*, id eſt *aureum annulum*.

Concipit indignum Syllepſis ſub magè digno.

Syllepſis (ex σὺν, & λήβω, ſumo) eſt conceptio indignioris perſonæ vel generis ſub digniore, *Ego & res mea valemus*, *Amicus & aurum* ignibus *ſunt probandi*. Indirecta fit conceptio, cum copulatio fit per cum præpoſitionem. *Remus cum fratre* Quirino jura *dabant*, pro Remus & frater.

Zeugma dat appoſitum ſuppoſ'tis pluribus unũ.

Zeugma (ζεύγνυμι jungo) vel copulo, eſt quoties verbum vel adjectivum ad plura refertur, ad unum explicitè, ad alterum implicitè, ſive per ſupplementum, ut *hinc flamma, hinc ferrum eſt, hircus tibi ſalvus & hœdi.*

Ordine

ORdine converſo tranſponit Hypallaga caſus.

Hypallage (ab ὑπὸ ſub & ἀλλαγὴ mutatio, ab ἀλλάττω muto) eſt cum caſus traſponuntur, ut *videt hos ortus*, pro *hi vident ortum*. *Date claſſibus Auſtros*, pro *date claſſes Auſtris*.

HYſt'rologia cluit rerum præpoſtera ſedes.

Hyſterologia (ab ὕστερος ultimus, & λογὸς ſermo) eſt præpoſtera rerum, & verborum poſitio, *nutriit & peperit*, pro *peperit & nutriit*. *Lavinaq́ littora venit*. Hoc quidam per *Prolepſin* contendunt fieri, cum id quod poſteriùs geſtum eſt, antè deſcribitur, *Lavinia* enim nondum erat, Cum Æneas venit in Italiam.

NOn adjuncta ſolum, ſed mutat Enallaga partes.

Enallage (ab ἐν & ἀλλαγὴ mutatio) eſt cum non ſolum accidentia partium orationis, ſcilicet *caſus*, *numerus*, *genus*, *modus*, *perſona*, vel *tempus*, Sed cum ipſæ *partes* pro aliis ponuntur, ut *aliud cras*, ubi *cras* ſubſtantivè ſumitur; *ſpargere* pro *ſpargebat*, Infinitivus pro Indicativo; Sed quidam volunt hic (cepit) intelligi. *Urbem* quam ſtatuo veſtra eſt, pro *urbs*. *Ejus rei venit in mentem*, pro *ea res*. Hic [*memoria*] poteſt intelligi, *Clamor it cœlo*, pro *ad cœlum*. *Noſtros* vidiſti *flentis* ocellos. Duplex *Enallage*, *caſus* & *numeri*, *noſtros* pro *noſtri* & *noſtri* pro *mei*.

In plurimis quæ dicta ſunt, Juvenibus maximè cavendum, quòd multa (ſalvâ interim poetarum doctorum authoritate) obſervanda potiùs, quam temere imitanda recenſentur.

ISAGOGE *Poëtica de Carminum ratione, & Quantitatibus.*

ESt pedibus constricta suis Oratio carmen.

Prosa est oratio soluta, *Carmen* constricta pedibus.
Pes est pars carminis, certo numero, ordine & quantitate syllabarum constituta.
Quantitas oritur ex tempore, quod est mensura pronunciandi syllabam longè vel breviter.

Quantitas est triplex,
- *Longa*, cujus nota est -
- *Brevis*, cujus nota est ◡
- *Communis*, ubi eadem syllaba nunc longa, nunc brevis accipitur.

Pedes Dissyllabi.

Spondæus constat ex duabus longis ———— vīrtūs.
Pirrichius ex duabus brevibus, ut ———— Dĕŭs.
Iambus ex brevi & longa, ut ———— sŭīs.
Choreus, sive *Trochæus* ex longa, & brevi. ———— pānĭs.

Trissyllabi.

Dactylus ex longa & duabus brevibus ———— scrībĕrĕ,
Anapæstus ex duabus brevibus & longa ———— ănĭmōs,
Tribrachus ex tribus brevibus ———— dŏmĭnĕ
Moloßus ex tribus longis ———— māgnātēs.
Bacchius ex brevi et duabus longis ———— dŏlōrēs.
Antibacchius ex duabus longis & brevi ———— aūdīrĕ.

Am-

Amphimacer ex longa, brevi & longa ——— chārĭtās.
Amphibrachus ex brevi, longa & brevi ——— ămōrĕ.

Tetraſyllabi ex prioribus compoſiti.

Diſpondæus ex duobus ſpondæis ——— ōrātōrēs.
Proceleuſmaticus ex duobus pirrichiis. ——— dŏmĭnĭă.
Dichoreus ex duobus choreis ——— dīmĭcātĕ.
Diiambus ex duobus iambis ——— prŏpīnqŭĭtās.
Choriambus ex choreo & Iambo ——— nōbĭlĭtās.
Antiſpaſtus ex Iambo & choreo ——— rĕcūſārĕ.
Ionicus à majore, ex ſpondeo & pirrichio —— cālcārĭbŭs.
Ionicus à minore, ex pirrichio & ſpondæo —— Dŏmēdēs.
Pæon primus ex choreo & pirrichio ——— ādſpĭcĭtĕ.
Pæon ſecundus ex iambo & pirrichio ——— pŏtēntĭă.
Pæon tertius & pirrichio & choreo ——— mŏrĭămŭr.
Pæon quartus ex pirrichio & iambo —— călămĭtās.
Epitritus primus ex Iambo & ſpondæo —— rĕpūgnārunt.
Epitritus ſecundus ex choreo & ſpondæo —— cōndĭtōrēs.
Epitritus tertius ex ſpondæo & Iambo —— dīſcōrdĭās.
Epitritus quartus ex ſpondæo & choreo —— pūgnābāmŭs.

Poëtæ uſurpant pedem proceleuſmaticum pro dactylo, cui par eſt numero temporum, nam duæ breves ſyllabæ ejuſdem proportionis ſunt cum unâ longâ, & contra

Sectáq; intexunt ăbĭĕtĕ coſtas.

quidam contractionem in *abiĕtĕ* affirmant. *Anapeſtus* item, qui inverſione dactylus eſt, aliquando ejus locum ſubit per *Antipodiam*.

U U –
Fluviorum rex Eridanus, campoſq; per omnes.

Genera Carminum uſitatiora.

Adonicum.

EX duplici conſtat pede verſus Adonicus, alter
Dactylicus, cujus Spondæus terga ſequetur.

Verſus *Adonicus* conſtat ex duobus pedibus, *dactylo* ſcilicet & *ſpondæo*.

\- ∪ ∪ - -
Tangere culmen.

Archilochium.

DActylus in primis duplex, & ſyllaba longa,
Edocet Archilochi tenuem formare camœnam.

Archilochium carmen conſtat ex duobus dactylis, & ſyllaba longa.

\- ∪ ∪ - ∪ ∪ -
Membra levate toro

Heroicum, ſive Hexametrum.

COnſtituêre pedes Herôum carmina ſeni,
Dactylus in quinta, meruitq; in ſ de locari
Spon-

Spondæus ſextâ, reliquas poſſedit uterq ;

Heroicum carmen vocatur, propter ſubjectum, ſcilicet præclarè facta Herôum. *Hexametrum*, quod ſex menſuras quot & pedes habeat.

- ∪ ∪ - ∪ ∪ - - - - - ∪ ∪ - -

Arma virumq; cano Trojæ qui primus ab oris.

Quintus locus dactylum, ſextus ſpondæum, quintus pes nonnunquam eſt ſpondæus, unde verſus ſpondaicus nominatur.

- ∪ ∪ - ∪∪ - - - ∪ ∪ - - - -

Chara deum ſoboles magnum Jovis incrementum.

Quatuor primi pedes poſſunt eſſe vel ſpondæi, vel dactyli, prout volumus, ſed elegantiùs miſcentur. Ultima cujuſq; verſus ſyllaba habetur communis.

Pentametrum, ſive Elegiacum.

Pentametro ſunt quinq; pedes, duo carmine primi
Dactylus aut ſpondæus erunt, dein ſyllaba longa,
Dactylus hinc duplex, tum ſyllaba longa coronat.

Pentametrum quòd quinq; habet menſuras ſcanſionis, & totidè pedes, nomen accipit, atq; hoc rarò legitur ſolitarium, quippe quod Hexametrum præcedat, quæ duo junctim carmen *Elegiacum* conſtituunt. *Elegiacum* ab ἔλεγος luctus, primo enim luctui ſerviebant.

Verſus Pentameter concinnè clauditur diſſyllaba, tryſſyllabâ duriuſculè.

Primi duo pedes poſſunt eſſe vel dactyli, vel ſpondæi, ad libitum, cum ſyllaba longa, quæ *cæſura* vel ſemipes dicitur, alteri duo pedes, ſemper ſunt dactyli, cum ſyllaba item longa.

\- - -UU- - U U -U U -

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Aſclepiadeum.

SPondæus pes primus erit, tum dactylus, exin
Syllaba longa, duplex poſtremo dactylus, eſto.

Aſclepiadeum (ab *Aſclepiade*) conſtituunt Spondeus, dactylus, ſyllaba longa, & duo demum dactyli.

\- - - UU - - UU - U U

Mæcenas atavis edite regibus

Phaleucium ſive Hendecaſyllabum

EX quinis pedibus datur Hendecaſyllabon, om- [*nes*
Spondeus præit, hunc ſequitur pes Dactylus, inde
Verſum concludit ternis menſura choreis.

Phaleucium (à *Phaleuco* dictum) ex quinque pedibus conſtat, Spondeo, Dactylo, & tribus trocheis. *Hendecaſyllabi* nomen habet ab undecim ſyllabis.

\- - -UU-U - U-U

Quoque diffugias pavens Mabili.

Saphi-

Sapphicum.

SEde choreus erit prima, loca proxima clamat
Spondæus, geminos tum Dactylus ante Choreos.
Tres ubi condideris hos versus Adonius ornat.

Sapphicum (à *Sappho* puella Nominatum) ex quinque constat pedibus, choreo, spondæo, dactylo, & duobus choreis : Tertio demum Carmini additur versus Adonicus.

\- ∪ - - - ∪ ∪ - ∪ - ∪

Integer vitæ, scelerisq; purus.
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis

\- ∪ ∪ - -

Fusce pharetra.

Carmen Iambicum.

QVatuor aut pedibus sex turget Iambicus omnis,
Dimeter ille cluit, versus senarius alter.
Audivit purus, qui solis constat Iambis.
Sedibus impuri dominatur Iambus in æquis.
Hærent imparibus spondæi, sæpius & qui
Tempore respondent his, dactylus aut Anapæstus.

Iambicus versus dicitur à pede Iambo. *Dimeter* quod

quatuor pedes, *Trimeter* quod ſex habeat, vel propter menſuram Dimetri aut Trimetri appellantur, quod hoc carminis genus veteres duplicatis pedibus metiebantur.

Purus Iambicus ex ſolis Iambis conſtat.

υ - υ - υ - υ - υ - υ -

Suis et ipſa Roma viribus ruit.

Impurus recipit in locis imparibus (qui ſunt *primus, tertius* & *quintus*) ſpondæum, aliquando dactylum vel anapæſtum, qui ſpondæi æquivalent temporibus,

- - υ - - - υ - - - υ -

Sacrate Divis proximum Phœbo caput.

In ſecunda item et quarta ſede admittit Tribrachum nec tamen in eodem verſu duos. *Scazon* ſive *Choliambus* habet in quinto loco Iambum, in ſexto ſpondæum.

- - υ - - - υ - υ - - -

Extemporalis factus eſt meus Rhetor.

Dimeter Iambicus eoſdem habet pedes, quos Triemter, niſi quod quarto loco neget Tribrachum, uti & Trimeter ſexto.

- - υ - - - υ -

ut priſca gens mortalium.

De variis Carminum appellationibus.

CArmina nomen ceperunt vel ab *Inventoribus*, ut *Sapphicum*, à *Sappho* puella, vel à *Materia*, ut *Heroicum*, quo heroûm res geſtæ celebrantur, vel à *Pede* frequentiori, ut *Iambicum*, &c. A *Lyra*, ut *Lyricum*, ad Lyram cantari ſolitum. *A ſcanſionis menſura.* *Monometrum* quod unicam habet menſuram. *Dimetrum* ad duas. *Trimetrum* tres. *Tetrametrum* quatuor. *Pentametrum* quinque. *Hexametrum* ſex menſuras. In quatuor Prioribus, bini pedes unã menſurã ſolebant accipere, per *Dipodiam*, quæ eſt duorum pedum in unam dimenſionem comprehenſio, quæ fit in Iambicis, Trochaicis, & Anapæſticis; in *Pentametro* & *Hexametro* ſingulæ ſunt pedum ſingulorum dimenſiones, & verſum metimur per *Monopodiam*. *A Numero pedum*, *Senarium*, *Octonarium*, quod ſex vel octo pedes carmen contineat. *A numero verſuum*, *Monoſticon*, ſi unicus ſit, *Diſtichon* ſi duo, *Tetraſticon* ſi quatuor, *Hexaſticõ* ſi ſex, *Ogdoaſticon* ſi octo, *Decaſtichon* ſi decem ſint verſus. A *perfectione*, ut *Acatalecticum*, ubi nihil deeſt, nihil abundat; à *defectu*, *Catalecticum*, cui una deeſt ſyllaba. *Brachicatalecticum* cui plures deſunt ſyllabæ. *Ab abundantia*, ut *Hypermetrum*, cui ſupereſt ſyllaba, ſed quæ principio verſus ſequentis abſorbetur. *Hypercatalecticum* ubi ſupereſt ſyllaba, vel plures, etiam nuſquam interrempæ. *A Carminis genere*, vel modo, ut *Monocolon*, quod eſt unius generis, ut *Æneis Virgiliana*. *Dicolon* de duobus generibus conſtans, ut *Sapphicum*, cum *Adonio*, *Tricolon*, quod ex tribus. *A reverſione*, ut *Diſtrophon*, ubi poſt ſecundum verſum ad primum genus reditur. *Strophe* enim eſt converſio. *Triſtrophon*, ubi poſt tres verſus. *Tetraſtrophon*, ubi poſt quatuor verſus fit regreſſio.

De

De quantitate Syllabarum primarum & mediarum.

De Positione.

Vocalis longa est si bina duplexve sequatur
Consona, quando brevis mutã liquidamq; præ-
Corripit orator, placuit variare poetis. (ibit,

Vocalis ante duas consonantes vel duplicem (scilicet x, vel z) positione longa dicitur, *Terra, Araxis, Gaza.*

j inter duas vocales fit duplex consona, ut *pejor*, & priorem longam reddit, nisi in *bijugus*, & reliquis à *jugo* compositis.

\- - - - - - - - - U U - -
Major sum quam cui possit fortuna nocere.

Si utraque Consonans, aut duplex fuerit initio sequentis, rarò vocalis finalis producitur,

\- U
Occulta spolia & plures de pace triumphos.

Necesse est, ut Muta præcedat Liquidam (*liquidæ* sunt l, m, n, r.) alioqui fieret positio ut *patris, partis*, etiam ut vocalis sit natura brevis, nam quæ natura producitur, nunquam liquescit, ut *mātrus, ātrum.*

Si Muta cum Liquida non ad sequentem vocalem pertinent, prior vocalis non corripitur, nisi in compositis *re*

ābluo, ōbruo, sŭblevo, ădnitor, rĕflecto.

M & n rarò liquescunt, idque in græcis tantum dictionibus, ut *Cygnus*, &c.

ANte aliam vocalis erit brevis, excipe græca.
Longa ſed e quoties eſt i concluſa gemello.
Fio producas niſi conſectantibus e. r.
In dubio eſt ius, vates produxit alius,
Alterius breviavit io, variavit & ohe.

Vocalis ante aliam in eadem dictione brevis eſt, ut *dĕus, mĕus, pĭus*, &c. excipe *ēheu.*

In græcis dictionibus vocalis producitur, ut *Æneas*, c. ſic *Caī, Pompeī*, &c. quæ antiquitus contrahebantur.

E inter geminum *i* longa fit, ut *diēi.* Producuntur etiam genitivi primæ declinationis apud priſcos ſoluti, *aulāi, pictāi.* &c. pro *aulæ, pictæ.*

Fi producitur in omnibus primis a *fio*, præter *fierem, fieri, ubi, e*, & *r ſimul* ſequuntur.

Genitivi in *ius* producuntur in proſa oratione, ſed in carmine penultimam habent communem, niſi quod *alīus* ſemper producat, ut *alterĭus* omnino corripiat penultimam.

Io & *ohe* ancipitem habent primam.

De Dipthongis.

INſere productis dipthongos carmine, ſed præ
Corripe, ſi verbo ſequitur vocalis eodem.

Omnis *dipthongus* latina producitur, niſi cum vocalis ſequatur *præ*, ut *præire.*

Dip-

Dipthongi aliquando breves ſunt, cum non eliduntur in fine dictionis more græcorum.

Inſulæ Ionio in magno quas dira Celæno.

De Præteritis & Supinis.

PRæterita atq; ſupina trahunt diſſyllaba primas
Perfectis rape, do, ſto, findo, bibo, fero, ſcindo.
Sevi, ivi, ſivi q; dedi, reor adde cievi,
Atque rui, quivi, livi ſunt rapta ſupinis.

Præterita & ſupina diſſyllaba producunt primam, ut *fāci, vēni, vīdi*, &c. *mōtum, latum, lōtum.*

Excipe præterita

Stěti, dědi, fĭdi, bĭbi, tŭli, ſcĭdi.

Excipe ſupina.

Sătum, ĭtum, ſĭtum, dătum, vătum, cĭtum, rŭtum, quĭtum, lĭtum.

PRæteriti primam rapiunt geminantia verba.

Verba quæ geminant ſyllabam in præteritis, habent primam brevem, ut *cĕcidi* à *căado*, *cĕcidi* à *cædo.*

De Derivatione.

DErivata ſui cupiunt veſtigia patris.

Derivata eandem cum primitivis quantitatem ſortiuntur. *ămator* ab *ămo*, &c.

Redi-

Redĭtus, *inĭtus* à ſupinis *redĭtum*, *inĭtum*, *arātrum*, *ſimulācrum*, *lavācrum*, *volutabrum*, *involucrum*, à ſupinis longis, *arātum*, *ſimulātum*, *lavātum*, *volutātum*, *involūtum*.

Excipiuntur,
Correpta quædam à longis derivata.

Arena } ab āreo.	*Lŭcerna* à lūceo,	*păgella* à pāgina.
ăriſta. }	*ſŏpor* à ſōpio,	*fĭdes* } à fīdo.
ſtătio, } à ſtātum.	*vădum* à vādo,	*fĭducia.* }
ſtăbilis. }	*ŏdium* ab ōdi,	
dĭcax. à dīco.	*dŭcis* à dūco.	

Producta quædam a brevibus.

Sēmen, a ſĕro.	*Rēgula*, } à rĕgo.	*Vōcis*, } à vŏco.
Stīpendium, à ſtĭpe.	*Rēgina*, }	*Vocalis*, }
Jūcundus, à jŭvo.	*Sēdes*, à ſĕdeo.	*Hūmor*, } ab hŭmo
Jūgerum, à jŭgo.	*Lītera*, à litum.	*Hūmanus*, }
Lēges, à lĕgo.	*Tēgula*, à tĕgo.	*Vōmor*, à vŏmo.
Jūnior, à jŭvenis.	*Mācero*, à măcer.	*Nōnus*, à nŏvem.
Lāterna, à lăteo.	*Sēcius*, à ſĕcus.	*Pēnuria*, à pĕnus.
Fōmes, à fŏveo.	*Suſpītio*, à ſuſpicor	*Mōbile*, à mŏveo.

De Compoſitione.

SImplicium quanto gaudent compos'ta ſuorum.

Compoſita eandem habent quantitatem cum ſimplicibus, *occĭdo* à cădo. *occīdo* à cædo.

Excipe
Brevia quædam à ſimplicibus longis orta.

Dejĕro, pejĕro } à jūro.	Maledĭcus, cauſidicus, falſidicus } à dīco.	Nihilum, ab hilum	
innŭba, pronŭba } à nūbo.	ſiquidem, à ſi.	ſemi-ſopitus, à ſopio.	

Corripe idem *neutro, ſed mas producitur* idem.

Compoſita à *bis, duo, tres,* corripiuntur, ut *bĭceps, triceps, dŭcenti, trĭcenti,* excipe *triduum.*

A ſimplicibus communibus producuntur, *ubīq;, ubilibet, quandōq;; quandōcunq;,* exc. *quandŏquidem.*

De Præpoſitionibus.

A, de, ſe produc, atq; ē, ſed corripe bis di,
Sit re breve, at refert à res producere fas eſt.

ā, de, ſe, ē, præpoſitiones producuntur, ut *āmitto, dīligo, sēparo, ēdico. Di* corripitur in *divimo* & *diſertus. Re* in *refert* (it concerneth) compoſito à *res* producitur.

Præpoſitiones in compoſitione ſuam retinent quantitatem, niſi poſitio vetet.

PRo breviant Græci, ſed produxêre Latini, (ti
Rapta protervus, itē pronepos, profugusq; pronep
Et cum [*pro*] *feſtus, fari, fanum, fateorq;*

Add

Adde profectò, profundus erit brevis atq; procella,
Sed pello, pulso, curo, pro *juncta fit anceps.*

Pro in græcis compositis corripitur, ut *Propheta.* In Latinis producitur, ut *promitto, prosum,* &c.

Excipe.

Protervus, profugus, pronepos, proneptis, profectus, profavi, profanum, profiteor, profectò, profundus, procella, quæ primam brevem habent.

Propello, propulso, procuro habent primam communem.

INdicibus sunt nota suis per tempora verba.

Verba, per omnia tempora sequuntur analogiam, sive indicem vocalem conjugationis.

ā *longum* primæ,	ut in	*Amāre.*
ē *longum* secundæ,		*Monēre.*
ĕ *breve* tertiæ,		*Legĕre.*
ī *longum* quartæ.		*Audīre.*

Do tamen & composita ejus quando sunt primæ conjugationis habent *a* brevem, *dăre, circundăre, dămus, circundămus,* &c.

U *Breviabunt ante* rio *meditantia verba,*
Quæ non à quatio nascuntur in utio *longa.*

Verba desiderativa, sive meditantia verba habent vocalem ante [*ri*] in omnibus temporibus brevem, ut *Partŭrio, esŭrio, partŭris, &c. scatūrio,* & *ligūrio* producuntur in antepenultima utpote non meditativa.

Verba

Verba quæ desinunt in *utio*, non à quatio composita, producunt eandem *u* vocalem, ut *cæcūtio*, *cæcūtis*, *balbūtio*, *balbūtis*, *percūtio*, &c.

Sunt subjunctivi perfectis rapta, futuris
Rimus, ritis, erunt inter communia versu.

In perfectis subjunctivi, *rimus* & *ritis* corripiuntur in penultima, in futuris tamen penultima habetur communis,

Perf. *Legerĭmus*, *legerĭtis*.
Fut. *Legerimus*, *legeritis*.

E Si præcedat ram, rim, ro, *corripe verbis*
Perfectis longè valet in pluralibus [*ērunt.*]

E, ante *ram*, *rim*, *ro*, corripitur, ut *amavĕram*, *monuĕrim*, *legĕro*.

E penultima perfecti pluralis Indicativi producitur, ut *amavērunt*, *stetērunt*, *stetēre*, quibus accidit per Systolen correptio.

Præteritis vi si *penultima longa præibit*
Hoc cupiunt quantum quæ descendere supina.
Utum *producas ab* ui, *sed itum breviabis.*

Penultima præteritorum desinentium in *vi* & *si* producuntur, ut in *quievi*, *petīvi*, *divīsi*, & eandem habent in supinis quantitatem, ut *petītum*, *quietum*, *divīsum*.

Supina in *utum* ab *ui* præteritis productā habent penultimam, supina in *ĭtum* ab *ui* semper habent correptam. *Tribūtum*, à *tribuo*, *statūtum*, à *statuo*, sed *monĭtum*, à *monui*.

In-

INcrementa, breve et longum duo ſunt genitivis.

Penultima genitivi creſcentis incrementum dicitur, quod breve vel longum eſt, uti ſyllaba profertur, ut in *pietatis, pietati, pietatem*, &c. penultima ſuo incremento producitur, ſed in *ſanguinis, ſanguini, ſanguinem*, &c. incrementum breve eſt, atque ideo corripitur penultima, prout à regulis ſpecialibus pueri didicerunt.

A, E, O, longis dabis incrementa ſecundo;
Aſt i, u, numero ſemper brevialis eodem.

A, e, o, incrementa pluralia producuntur, ut in *muſarum, dierum, virorum, duobus*, &c.

I, & *u*, brevia ſunt, ut in *crinibus, lapidibus, manubus, arcubus*.

ADjectiva ſuos ſi fines, arus, & anus,
Orus, & oſus habent, his eſt penultima longa.

Adjectiva quæ terminantur in *arus, anus, orus*, & *oſus*, habent penultimam longam, ut *Avarus, Chriſtianus, Canōrus, Odiōſus*.

ADjectiva ſonant longè quæ terminat inus;
Vocibus & rapitur multis penultima græcis.

Adjectiva in *inus* latina penultimam producunt, ut *clandeſtinus, matutinus*, &c.

Excipe.

Diutĭnus, craſtĭnus, priſtĭnus, perendĭnus, hornortĭnus, ſerotĭnus, ſagĭnus, oleagĭnus. Item materialia à græcis deducta, ut *cryſtalĭnus, adamantĭnus*, &c.

VAtes adjectum producit in aceus omne.

Adjectiva in *aceus* antepenultimam producunt, ut *Herbāceus, Hordeāceus*, &c.

SI minuunt in olus, vel ulus penultima rapta eſt;
Sic bilis: at referas itim, atim, adverbia longis.
Des in itus brevibus. Lex eſt ſua nata poetis.

Diminutiva in *olus*, & *ulus*, & verbalia in *bilis* corripiunt penultimam, *ſciŏlus, ſtultŭlus, flebĭlis.*

Adverbia in *itim* & *atim* producunt penultimam, ut *virītim, oſtiātim*, præter *aſſātim*, & *ſtātim* (cum ſignificat *citŏ*) ſic *perpĕtim.*

Adverbia in *itus* corripiunt penultimam, ut *cælĭtus, fundĭtus, radicĭtus*

In cæteris poetarum authoritas petenda eſt.

Ultimarum syllabarum quantitas.

A Produc: longum cadit i, quod in e breviabis.
O commune vagatur; in u producitur omne.

De his finalibus singulatim.

A produc.

A finita producuntur, ut *ama, contra, erga.*

Exceptio.

Postea, ita, eja, quia, & puta, voces excipiuntur.
In ginta ancipites; Casus rapiuntur at omnes,
Deme Latinorum sextos, græcosq; vocandi.

Corripiuntur
1. *Postea, ita, eja, quia, putà.*
2. Casus omnes in *a*, præter ablativos latinorum, ut *musâ*, & vocativos græcorum, ut *Thomâ, Æneâ.*

Communia sunt *numeralia* in *ginta*, sed frequentiùs longa, *Triginta, quadraginta.*

Longum cadit i.

I finita producuntur, ut *Domini, amari.*

Exceptiones.

RApta niſi, et quaſi ſunt, ſic caſus græca vocandi,
Sæpius et dandi caſus, Amaryllidi, Daphni.
Sed communia ſunt tibi, ubi, ſibi, ibiq; mihiq;

Corripiuntur *niſi* & *quaſi*, & græcorum dativi & vocativi, ut *Amaryllidi*, *Daphni*.
Communia ſunt *tibi*, *ubi*, *ſibi*, *ibi*, *mihi*.

Quod in e breviabis.

E finita corripiuntur, ut *mare*, *pene*, *lege*, *ſcribe*.

Exceptiones.

EXcipias quintas voces, atq; inde fluentes, (ıè,
Mandandiq; modos, ut luge; Adverbia, ut ap-
Non malè; longa tribus fiunt monoſyllaba demptis.

Excipiuntur producta.
- Nomina quintæ declinationis, & quæ inde oriuntur, ut *diē*, *fide*, et *fame* olim quintæ, *quarē*, *hodie*, *quotidie*, &c.
- Verba Imperativi ſingularia ſecundæ conjugationis, ut *lugē*, *doce*, *move*, &c.
- Adverbia à nominibus deducta ſecundæ inflexionis, ut *clarè*, *ductè*, quibus *fermè* & *ferè* addi poſſunt. *Malĕ* & *benĕ* corripiuntur omnino.
- Monoſyllaba, ut *mē*, *tē*, *ſē*, &c. præter tres conjunctiones inclyticas, *quĕ*, *nĕ*, *vĕ*, & ſyllabicas adjectiones, *tuopte*, *ſuapte*, &c.

O Commune vagatur.

O finita communia ſunt, *amo, porro, docendo.*

Exceptiones.

O Longum obliquis, ita ſunt monoſyllaba, ſic quæ
Nomine proveniunt, produc adverbia; junge
His adeo ac ideo, pro cauſa ducitur ergô.
Correptis modò, & imò, citò. Variantur ut iſta
Serò, cum mutuò, verò, ſic ſedulò, crebrò.

Producuntur
- Obliqui caſus in o, ut *damno, templo,*
- Monoſyllaba, ut *do, ſto.*
- Adverbia ab adjectivis derivata, ut *primò, falsò, manifeſto,* quibus *ideo, adeo,* & *ergô* pro cauſa addunrur. Corripiuntur *modò, imò, citò,* ſed *ſerò, mutuò, verò, ſedulo, crebro,* inter communia referuntur.

O Mega cum longis numera, ſic Eta Pelaſgum;
Eſt Omicron raptum, breviatur et Epſilon omne.

Omega, vel ô magnum producitur in vocibus à græcis derivatis, ut *Cliō, Sapphō.* Sic *Eta,* vel *e longum,* ut *aër, cratēr,* &c. præter *patĕr* & *matĕr.*

Omicron, vel ô parvum corripitur, ut *delŏs, Palladŏs,* &c. Epſilon vel e parvum corripitur, ut *Naiadĕs,* &c.

B, D, T, quoties concludunt, corripe voces.

In b, d, t, definentia brevia sunt, *ad*, *ab*, *caput* quædam in t, finalia longa sunt, per Synæresin, ut *abît*, pro *abiit*.

C Lege productum, sed lac, nec, et excipe donec,
Fac, hic et hoc variant, [hoc] fas est ducere sex-
[to.

C finita producuntur, ut *ac*, *sic*, *halec*, &c. sed tria in c semper contrahuntur, *lac*, *nec*, *donec*; *fac*, & *hic* communia sunt, & *hoc*, nisi in ablativo casu.

L Rape, sed produc sol, nil, sal, & peregrina.

L finita corripiuntur, ut *animal*, *Hannibal*, &c. sed *sōl*, *nīl*, *sāl*, producuntur, & voces Hebreæ *Daniel*, *Raphael*, &c.

M Finita solent prisci breviare poetæ.

Antiqui solebant breviare *m* sine eclipsi, sed nunc tutius est elidere ante vocalem.

Ennius : *Insignita ferè tum millia militum octo.*

N Quoties claudit vocem, producere fas est. (est;
Corripe sed quartos, quorum recti ultima rapta
Excipe item genito breviter crescentia, ut agmen,
An, tamen, in, forsan rapias, sic apocopata.

N finita producuntur, ut *Pæan*, *Hymen*, *quin*, &c.

Corripiuntur { Accusativi, quorum Nominativi corripiuntur in ultimâ, ut *Scorpiŏn*, *Thetyn*, *Ityn*, *Æginăn*, à nominativis, *Scorpio*, *Thetys*, *Itis*, *Ægina*,
Nomina in *en* breviter crescentia ut *agmen*, &c. *An*, *tamĕn*, *ĭn*, *forsăn*, & Apocopata, *men' viden'* &c.

R, brevia, at tollas, cur, fur, par, far, quoq; lar, cer.

R finita corripiuntur, præter monosyllaba, *cur*, *fur*, &c.

S Tollunt prisci, quibus u breviare licebat.

Antiqui solebant elidere *s* ante consonantem, & corripere præcedentem vocalem

Vicit olympia nunc senio confectu' quiescit.

pro confectus.

AS, es, os, produc, is & us breviare memento.

As produc.

As finita producuntur, ut *amas*, *musas*, *bonitas*.

Exceptiones.

PRæter adis genito quæ formant; sic anas, atq;
Quartos crescentium, Græci rapuere secundo.

Corripiuntur { Nomina quæ habent *adis* in genitivo, ut *vas*, *arcas*, sic etiam *anas*.
Accusativi plurales crescentum, *Heroăs*, *Phillidăs*, &c.

Es produc.

Es finita, producuntur, ut *sēdes*, *doces*, &c.

Exceptiones.

ES neutrum & rectos plurales corripe græcis.
Cumq; penes brevia genito crescentia raptim.
Produc pes, parīes, abiēs, ariēsq;, Cerēsq;
Es verbum rapitur, tota & compos'ta propago.

Corripiuntur { Neutra in *es*, & Nominativi græcorum, item Nominativi crescentum breviter, ut *milĕs*, &c. præter *paries*, *abies*, *aries*, *Cerēs*, & *pes*, cum compositis, *bipēs*, *tripēs*, *quadrupēs*, &c.
Es à verbo *Sum*, & composita, *potĕs*, *adĕs*, &c.

OS produc, brevibus misce impos, compos, os ossis.

Os finita producuntur, ut *honōs*, *servōs*, &c. Corripiuntur, *impŏs*, *compŏs*, *os*, *ossis*.

Is breviare memento.

Is finita brevia sunt, *panis*, *tristis*, &c.

Ex-

Exceptiones.

IS in plurali, & monoſyllaba longa, niſi is, quis.
A ſis compoſitas, & vis producito voces,
Audis cum ſimili, et quod creſcit in itis et inis.

Producuntur:
- Obliqui plurales in is, ut *muſis, menſis, templis.*
- Monoſyllaba, (præter *is* & *quis*) ut *lis, vis, ſis*, arq; horum duorum compoſita, ut *quamvis, adſis.*
- Secundæ perſonæ ſingulares, quorum plurales deſinunt in *itis*, aut *audis, velis, dederis.* Pl. fut. *auditis*, &c.
- Recti creſcentes per i longum, ut *Salamis, Samnis.* Gen. *Samnitis, Salaminis.*

Us breviare memento.

Us finita corripiuntur, ut *famulus, bonus*, &c.

Exceptiones.

EXcipe quæ quartum ſpectant, ſi rectus abibit,
Atq; vocativus; produc creſcentia longe,
Us, et ab ous, ſic longa tument monoſyllaba verſu.

Omnes

Producuntur
- Omnes voces quartæ inflexionis, præter Nominativum & Vocativum ſingulares, ut Genitivo *manûs*, &c.
- Omnes voces creſcentes longè, ut *ſalus*, *tellus*, &c.
- Græca per ous dipthongum, ut *Sapphus*, *Jeſus*, &c.
- Monoſyllaba omnia, ut *rus*, *jus*, &c.

Figuræ Metricæ, ſive quæ Scanſioni accidunt.

M Necat Ecthlipſis vocalem aufert Synalæpha.

M ante vocalem perimitur proxima dictione à vocali exorſa, per Ecthlipſin. Et vocalis quæ anteit [m] per Synalæpham eliditur.

Monſtr' horrend' inform' ingens cui lumen ademptum, pro monſtrum, horrendum, informe.

Synalæpha non ſolum in eodem Carmine, ſed in diverſis reperitur, ubi ultima prioris verſus à prima vocali ſequentis abſumitur, atq; hoc vocant *Hypermetrum*.

——— *ignari hominumq́, locorumq́;*

Erramus ———

Synalæpha, vocalium vel dipthongorum facit eliſionem, quæ aliquando omittitur more græcorum, maximè in vocalibus longis, vel dipthongis, quas tum corripiunt, tum producunt, ſed breves ſæpius corripiuntur.

Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma.

At *hei*, *hui*, *ĭo*, *heu*, & *ô* nunquam intercipiuntur, nec, *cui*, contractum.

D Ialyſi fiunt duo, quæ Synæreſis unit.

Duæ

Duæ ſyllabæ in unam contrahuntur per *Synæreſin*, ut *alvâria* pro *alvearia*.

Seu lento fuerint alvâria vimine texta.

Sic *cui, huic, dii, deeſt, ſemianimis, anteambulo*, *cuî, huîc, dî, dêſt, ſemânimis, antâmbulo*, &c.

Dialyſis, ſive *Diæreſis*, dividere ſolet unam in duas.

Debuerant fuſos evoluiſſe ſuos,

Pro *evolviſſe*, *auraï* pro *auræ*.

Syſtole ducta rapit, correpta Diaſtole ducit.

Syllaba longa per Syſtolen corripitur.

Obſtupui ſteterúntq́; comæ, & vox faucibus hæret,

pro *ſtetêrunt*. Contrarium fit per *Diaſtolen*.

Exercet Diana choros ——————

Traxit ſine breves pedibus Cæſura peractis.

Cæſura (à cædendo) eſt ſyllaba dictionem terminans, & pedis ſequentis principium, quâ carmen cæditur, ut voces ſuaviori menſura connectantur. Quæ ſi poſt primũ, ſecundum, tertium, aut quartum pedem contigerit ſua quantitate brevis, licentia Poetarum atq; auctoritate extenditur.

Hujus quatuor numerantur ſpecies.

Triemimeris, quæ conſtat ex pede & ſyllaba.

Pectoribũs inhians ſpirantia conſulit exta.

Penthemimeris, quæ ex duobus pedibus & ſyllaba.

Omnia vincit amõr, & nos cedamus amori.

Hepthemimeris, quæ ex tribus pedibus, & ſyllaba.

Oſtentans artem patrẽr arcumq́ ſonantem.

Enneemimeris quæ ex quatuor pedibus & ſyllaba.

Ille latus niveum molli fultũs hyacintho.

TROPI

Tropi & Eorum affectiones.

Floreſcit ſimili tranſlata Metaphora voce.

Metaphora.

Metaphora eſt tranſlatio, à Μεταφέρω transfero, cum videlicet vox aliqua tranfertur ab ea re, cujus eſt propria, ad ſignificandum rem aliam per quandam ſimilitudinem, unde mira quædam procedit orationis amœnitas, *Prata ridere*: *geminiq; minantur in cœlum ſcopuli.* i. e. quaſi rident; quaſi minantur; durior mollienda eſt his formulis. *Si ita dicam, ſi ita loqui liceat*, &c.

Metonymia.

Ipſa Metonymia eſt, quæ rebus nomina tranſfert.

Metonymia, à μετὰ & ὄνομα tranſnominatio, eſt quadruplex.

Cauſæ pro Effecto. *Effecti* pro Cauſa.
Subjecti pro Adjuncto. *Adjuncti* pro Subjecto.

Metonymia Cauſæ.

Cauſa ſolet poni, cum factum ſignificatur.

Cauſa eſt duplex, *Efficientis* aut *Materiæ*, *Metonymia* cauſæ *efficientis* eſt, cum inventor & author pro ipſis effectis rebus uſurpantur: ut *Vulcanus* pro igne: *Vulcanum*

in

in cornu gerit: *Ceres* pro frugibus: *Virgilius* pro poemate illius

Metonymia Materiæ, cum nomen Materiæ pro effecto ponitur. *Æs, aurum*, pro nummo æreo, vel aureo, *ferrum* pro gladio, *Pinus, abies*, pro Navi.

Metonymia Effecti.

OCcupat effectum quas causa requireret oras.

Metonymia effecti est cum effectum ponitur loco causæ, vel cum ex effectis efficiens significatur. In adjectivis, *pallida mors* vel *frigida*, quæ mortuos efficit pallidos aut frigidos. *Ira præceps. Victoria insolens.* Vel substantivis. *Carminibus metus omnis abest*, id est, *Poetis.*

Metonymia Subjecti.

SVbjectum propria est adjuncti sede locatum.

Metonymia Subjecti est cum Subjectum ponitur pro re adjuncta, atque hoc variè fit.

1. *Sedes pro inhærente qualitate*, ut *plus cordis* pro plus prudentiæ, quæ in corde sedem habet; minus *oris*, pro minus pudoris, quia pudor vultu prodit se.

2. *Continens pro re contenta, poculum* pro vino vel potu, *crumena* pro nummis, *focus* pro igne.

3. *Locus pro incolis*, ut *urbes* pro civibus, *Carcer* pro captivis, *Anglia* pro Anglis, *terra* pro hominibus.

Locus etiam pro rebus in loco gestis, ut forum, subsellia, rostra, pro actionibus forensibus, *Schola* pro doctrina, *Sylvæ* pro venandi studio.

4. *Possessor pro re possessa*: Jam proximus ardet *Ucalegon*, i. e. domus Ucalegonis; apud *Pompeium*, i. e. in ædibus

dibus *Pompei*; *Neptunus*, *Amphitrite* pro mari, *lares* pro domo.

5. *Dominus pro iis qui sunt sub potestate ejus*, ab *Annibale* cæsa apud Cannas sexaginta millia Romanorum, i. e. ab exercitu *Annibalis*, *Christus* baptizavit i. e. discipuli.

6. *Advocati pro clientibus*, restituisse te dixisti, nego *me restitutum* edicto Prætoris.

7. *Tempus pro actionibus*, non oculis aut pectore *noctem accipit* i. e. somnum, *solem* sensit & *frigora*, pro æstatis & hiemis difficultatibus.

8. *Res* pro *signo rei*, *Jupiter* pro statua Jovis, *Amarillis* pro carmine de eadem.

Metonymia Adjuncti.

SEdibus adjunctum Subjecti sæpe quiescit.

Metonymia Adjuncti est cum adjunctum ponitur pro subjecto, atque hoc fit quatuor modis.

1. *Qualitas ponitur pro persona*, ut *scelus* pro sceleſto, hæc *Metonymia* est in Epithetis, *armatum funus*, pro funebres armati, *mortalia arma*, pro mortales armati.

2. *Signum pro re signata*; *fasces*, *purpura*, insignia autoritatis & imperii, pro autoritate & imperio ipso, *Toga* pro pace, *arma* pro bello, *Agnus* pro Christo, *claves* pro potestate Ecclesiæ, *gladius* pro civili.

3. *Tempus ponitur pro subjectis rebus*; ætas, sæcula, dies, juventus, senectus, ætas mala, aspera sæcula, dies mali, i. e. homines.

4. *Cum res locata pro locis ponitur*, te quæsivimus *libellis*, i. e. Bibliothecis, *ludus* pro Circo.

Ironia.

IRonia refert quæ ſunt contraria menti.

Ironia ſive ſimulatio, ab εἴρων cavillator, eſt Tropus, cum quis verba protulerit non ex animi ſententia; *bene vir*, pro ineptule, *curaſti probe*, i. e. negligenter.

Synecdoche.

TOtius Tropus eſt, contra atq; Synecdoche partis.

Synecdoche, à σὺν, con, & ἐνδέχομαι, ſuſcipio, eſt quadruplex.

Integri,	*Membri*,
Generis,	*Speciei.*

Senecdoche Integri.

INtegrum erit quando ſit ſignificatio Membri.

Synecdoche Integri, eſt quando ex Integro ſignificatur membrum, ut *pabula* guſtaſſent Trojæ, i. e. partem pabuli. Ita quando numerus pluralis pro ſingulari ponitur, *Nos* populo impoſuimus, cum de ſe tantum loquitur orator.

Senecdoche Membri.

MEmbrum non rarò Integri ſedile capeſſit.

Senecdoche membri, est quando membrum ponitur pro Integro. Ridiculum *caput* pro homine, *polus*, qui est minima pars cœli, pro cœlo, *Mucro* pro gladio, *Tectum* pro domo, *Puppis*, & *Carina*, pro Navibus. Sic *numerus singularis pro plurali*, *Hostis* habet muros, i. e. Hostes. Hoc tuto *possis*, pro possumus, vel quilibet possit.

Synecdoche generis.

Sub genere interdum species significabitur ipsa.

Synecdoche generis, est cum genus ponitur pro specie. *Poeta* pro Homero, aut Virgilio. *Orator* pro Demosthene, aut Cicerone. In patronymicis *Tydides* & *Pelides*, κατ' ἐξοχὴν pro Diomede, & Achille. Exire ex *urbe consul hostem* jubet, pro Roma Tullius Catilinam.

Synecdoche speciei.

Pro specie quandoq; genus sermone legetur.

Synecdoche speciei, est cum species ponitur pro genere, *Anglus* pro *Anglis*. *Scias*, i. e. Sciamus vel sciant omnes, *Sauromatæ*, i. e. remoti, *Thraso* pro glorioso; qui *Curios* simulant, & *Bacchanalia* vivunt, his viri temperati, & quodlibet intemperantiæ genus significatur. Sint *Mecænates*, non deerunt Flacce *Marones*, *Mecænates* pro patronis literarum, *Marones* pro viris doctis.

Ita cum *numerus infinitus*, pro minori certo ponitur. *Innumeri* pro multi. *Sexcenta* licet proferre, i. e. *quamplurima*.

Troporum affectiones quatuor.

Continuata Allegoria est, fit Hyperbole et audax;
Dura Catachresis, Metalepsis plura recondit.

Allegoria.

Allegoria, ab ἀλλὸ, & ἀγορεύειν, ab aliud dicendo; est continuatio troporum ejusdem generis, *ut sementem feceris ita & metes*, à terrâ, bis ducta *Metaphora*.

Concedit Corvis vexat censura Columbas.

Hyberbole.

Hyperbole, ab ὑπὲρ super, & βολὴ jactus, est Tropus audacior, sive superlatio, atq; hac fit *auxesi*, sive excessu, ut *Candidior nive, Turture loquacior*, &c. vel *meiosi*, sive defectu, ut *Talpa cæcior, Codro pauperior*.

Catachresis.

Catachresis, à κατὰ contra, & χρῆσις usus, est abusio quædam vocis, sive durities, & inæqualitas verbi, ut *vir gregis, sperare* pro timere.

Metalepsis.

Metalepsis, à μετὰ trans, & λῆψις acceptio, est multiplicatio Troporum in uno verbo. Post aliquot *aristas*, *Aristas* 1. annos, *arista* pro *spica*, *Synecdoche* est membri, *spica* pro *segete*, *Synecdoche* item membri, *Seges* pro *æstate*, quo anni tempore in agris luxu-

riatur, *Metonymia* eſt ſubjecti pro adjuncto, *æſtas* pro *anno*, *Synecdoche* item membri pro integro, atq; ita quaſi per gradus tranſimus, donec ad proprium ipſum vocabulum perveniatur.

Figuræ quædam Rhetorices.

FIngit Epizeuxis voces quibus Emphaſin addit.

Epizeuxis (ab ἐπὶ, et ζεύξις conjunctio) eſt repetitio ejuſdem vocis, cum impetu quodam & *Emphaſi* loquendi. Oh *cives*! *cives*! *heu quæ bella, horrida bella*! *adeſte, adeſte*, ſceleris ultrices Deæ.

ESto Polyptoton, variat cum dictio caſum.

Polyptoton (à πολὺς multus, & πτῶσις caſus) eſt oratio diſtincta varietate caſuum, ut *littora littoribus* contraria, *arma armis* pugnant.

ANaphora orditur verbis, et Epiſtrophe claudit.

Anaphora (ab ἀναφορέω refero) eſt repetitio dictionis ejuſdem aut ſimilis in principio. *Epiſtrophe* contra, ab ἐπὶ & στροφὴ, eſt quando eadem vox vel ſonus repetitur in fine. *Nihil* te nocturnum præſidium Palatii, *nihil* urbis vigiliæ, *nihil* timor populi. *Juniperi gravis umbra, nocent & frugibus umbræ.*

ESt Epanalepſis, quæ orditur & exit eodem.

Epanalepſis, (ab ἐπὶ, & ἀνὰ, quæ ſignificant rurſum, & λῆψις acceptio) eſt cum eadem dictio principio & fine

le-

legitur, *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*

ANadiplôſis erit cui calx eſt & caput unum.

Anadiploſis (ab ἀνὰ re, & διπλῶσις duplicatio) eſt cum eadem dictio in fine prioris & principio ſequentis ſententiæ collocatur. Hic tamen *vivit, vivit?* imò verò in Senatum venit.

VOcibus aſcendit numeroſa gradatio Climax.

Climax (ἀ κλιμαξ ſcala) multas continet *Anadiploſes*, vel eſt aſcenſio, quaſi per ſcalas & gradus, ut, *ver dat flores, flos fructus, fructus odores.*

ALludit paribus tibi Paronomaſia verbis.

Paranomaſia [ἀ παρὰ juxta, & ὀνομασία nominatio) eſt alluſio vocum ferè ſimilium, ut, *eſt onus omnis honos, opus eſt amentis amantis*: vocatur & a gnominatio.

DIcta per appoſitum verba Antimetabole mutat.

Antimetabole, ab ἀντὶ contra, & μεταβολὴ tranſitus, eſt in diverſo mutatio, ut *Mors longus ſomnus, ſomnusq; breviſſima mors eſt. Poema eſt pictura loquens, mutum pictura Poema. In dominatu ſervitus, in ſervitute dominatio.*

SVaviter Antitheſis quæ ſunt contraria librat.

Antitheſis (ab ἀντὶ contra, & θεσὶς poſitio) eſt quæ comparando illuſtrat contraria. *Alba liguſtra cadunt, vaccinia*

nigra leguntur. obſequium amicos, veritas odium parit.

OXymoron erit tibi contradictio rocum.

Oxymoron (ab ὀξὺς acutus, & μωρὸς ſtultus) eſt cum aliquid videatur incptè enunciari, quod ſit acutum, ſive eſt contrariorum conciliatio, ut *concordia diſcors, ut non inventa reperta es.*

A Sermone alibi convertit Apoſtrophe verba.

Apoſtrophe (ab ἀποστρέφω averto) eſt converſio ſermonis ad aliud, ut *auro vi potitur, quid non mortalia cogis, auri ſacra fames. Vos vos appello fortiſſimi viri, qui pro patriâ ſanguinem effudiſtis.*

ESt Epanorthoſis dicti objurgatio ſenſus.

Epanorthoſis (ab ἐπανορθόω corrigo) eſt quædam ſui loquentis objurgatio. *O clementia! ſeu potius patientia mea!*

APoſiopeſis ſubitò dicenda relinquit.

Aposiopeſis (ab ἀπὸ ab vel re, & σιωπάω ſileo) *Quos ego -- Sed motos præſtat componere fluctus. Quem quidem ego ſi ſenſero. ——*

PErſonam fingit Proſopopœia fantem.

Proſopopœia (à προσωπὸν perſona, & ποιέω facio vel fingo) eſt fictio perſonæ quum vel animatum vel inanimatum loquitur. *Qui modo Naſonis fucramus quinque libelli.*

Rerum

Rerum quæ variant ſeries prælonga ſit Hirmos.

Hirmos vel *Syrmos* (à σύρω traho, vel σύρμα tractus, & longa veſtis) eſt, cum multæ res, diverſæ naturâ, congeruntur, ſive enumerantur, *Grammaticus*, *Rhetor*, *Geometres*, *Pictor*, *Alyptes*, *Augur*, *Schenobates*, *Medicus*, *Magus* omnia novit.

Laudit Epiphonema gravis ſententia ſenſum.

Epiphonema (ab ἐπιφωνέω acclamo) eſt concluſio orationis, vel cum aliqua ſententia, quaſi ſigillum imponitur orationi: *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Hæc Tyronibus in Schola Humanitatis præguſtanda ſufficiant; perfectiora anhelantes, ipſam Artem conſulant Rhetorices methodicè inſtitutam, necnon campos & fontes oratorios, quorum dulcedine & affluentiâ, omnis erit ſtudioſo ſitis reſtinguenda.

Vitia quædam orationis fugienda.

Vox Barbariſmus vitioſa vocabitur una.

Barbariſmus in dictione conſiſtit; cum vel ſcribendo vel loquendo, aliqua fiat corruptio, ut *Barbariſmus* pro Barbariſmus, *conſumabo* pro conſumam, *Præcor* pro precor, *Perla* pro Unione.

Eſto

Esto ſolœciſmus quoties oratio peccat.

Solœciſmus eſt vitioſa partium orationis, inter ſe compoſitio, *profectus eſt Romæ* pro *Romam*, non *mei intereſt*, pro meâ.

Hujus quædam ſpecies videantur Tautologia, Hyperbaton, Paromœon, Omoioteleuton, Amphibolia.

Crambe bis cocta nos Tautologia fatigat.

Tautologia, à ταυτολογία, eſt inanis verborum iteratio, ut *exultans redeo, gaudenſq; revertor.*

Eſt vocum quoties turbatur Hyperbaton ordo.

Hyperbaton (ab ὑπερβαίνω tranſcendo, vel tranſgredior) eſt confuſa poſitio verborum, in ſententia,

Sunt libros animo qui ſpernis ſydera tanquam.

Hoc vitium etiam Synchyſis nominatur.

Litera principiis eadem Paromœon habetur.

Paromœon (à παρὰ juxta, & ὅμοιος ſimilis) eſt cum ex eadem literâ plurimæ dictiones initiantur.

Machina multa minax minitatur maxima muris.

Idem

IDem ſine ſonus vocum ſit Omoioteleuton.

Homoioteleuton (ab ὅμοιος ſimilis, & τέλος finis) eſt cum multæ voces eundem ſonum habent in fine, ut *Ratio ſcribendarum mearum literarum.*

INcertis narrat rem vocibus Amphibolia.

Amphibolia (ab ἀμφὶ circum, βάλλω mitto, vel βολὴ jactus) eſt cum aliquid effertur ambiguis vocibus, *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe*, dubium eſt, An Æacides, à Romanis, vel Romani, ab Æacide vincerentur.

FINIS.

Typographus Lectori.

Pag.	li.	*Emendationes.*	Pag.	li.	*Emendationes.*
3	18	Centauro.	42	17	Pendeo, *to hang.*
11	4	Supellex.	45	10	factam.
15	16	Rura.		20	quia.
	18	dele *No. Acc. Plus, G. pluris.*	57	11	fini.
			58	14	additur.
22	8	fæx.	60	6	factam.
29	6	üo, uï, utum.	68	15	veſtræ alienæ.
30	8	habeo.	73	15	conjunctæ ſignificant.
36	17	pendeo.	85	7	dele *ad.*
37	8	ſepelio.	87	13	aulaï pictaï.
41	3	ſignificationes.			
	13	Celo, *to conceal.*			